



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

Liber Primvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

IOSEPHI MARIAE SVARESII

EPISCOPI VASIONENSIS

PRÆNESTES

ANTIQUAE

Liber Primus.



De Regione in qua Præneste posita.

CAPVT I.



VGVTVM illud terrarum spatium, quod Latium postea dictum fuit, indigenæ Siculi primi omnium, quorum memoria extat, incoluere. Hi ab Italo Rege Itali nuncupati sunt, sicut & terra Italia. Superuenerunt circa annum ab Orbe condito ter mil-

Dionys. Halicar.
l. 1. Antiq. Romæ.

Thucyd. lib. 6.

lesimum e Peloponneso Pelasgi ducem Oenotrum, Lycaonis filium secuti, qui dein Arcades nominati fuerunt: at hic quod culmina montium insedissent Aborigenes vocitati: & ab ipso duce Oenotria quoque regio dici cœpit. Accesserunt & alij Pelasgi post centum quadraginta paulo minus annos ex Hæmonia seu Theffalia, per Dodonen & Padi ostia pro-

Pausan. initio
Arcadic.

Iustinian. Const.
25. de Præf. Ly-
caon. Dionys. Hal.
lib. 1. & 2.

A feâi,

Macrob. lib. 1.
Sat. cap. 7.

Liu. lib. 1.

Plin. lib. 3, c. 6.

feſi; & cum his Euander: qui coniunctis viribus expulere Siculos, atque oppida in hoſtico condidere. Reges his præſuiſſe memorantur Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus: a quo (cum Græci ab Hercule in Hispaniam tendente dimiſſi, mox Aeneas, atque Troiani ſeſe illis admicuiſſent) Latinorum omnes uſurpauere nomen, & vniuerſa regio exinde Latium appellatur. Atque hoc quidem Latium vetus ad Circeium uſque montem a Tiberi flumine protendebatur. Eiusque fines ab Occaſu, Tiberis: a Meridie, inferum mare: Anio, Sabini, & Aequi a Septemtrionibus: ab Ortu Volſci, & Rutuli concludebant. Nobiliſſima & princeps ciuitas Alba in eo extructa triginta Coloniaram parens. Veteri Latio mox nouum acceſſit, adiunctis Hernicis, Volſcis, Aequis, & Auſonibus, Latino nomine ad Lirim uſque prolato. Adeo uero creuit inteſtino damno, ut cum primum ſeruitutem profiteri viſa eſt hæc regio, tunc potiſſimum fuerit dominata; & a Romanis colonis ſuis domita, non tantum prima Italiae prouincia, ſed etiam totius terrarum orbis uirtute atque armis domiti princeps euasit, & adhuc diuina prouidentia, quemadmodum Proſper noſtras cecinit,

— *Plusquam poſſederat armis
Religione tenet.*

De Conditore Præneſtes.

CAPVT II.

IN ea igitur regione Præneſte ſitum eſt, oppidum ut antiquiſſimum ſic & celeberrimum: cuius initia poeticis decora fabulis magis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis prodita

dita si commemorem, nullus, ut opinor, mihi vitio vertet; quando hæc venia datur antiquitati, ut miscendo humana diuinis, primordia urbium augustiora faciat. Et vero illi tempori, quod iure *μυθικόν*, seu fabulosum Varro dixit, velut infantiae orbis adeo fuit illudum, excogitatis arte summa commentis, ut Theologiam & Philosophiam, architectonicas rerum publicarum scientias, non alia ratione Græci, & qui ab his acceperunt Romani, sicut Aegyptij olim sub Hieroglyphicis, quam sub fabularum inuolucro tradiderint: quibus ipsam quoque historiam, hoc est, veritatis lucem ita obfuscarunt, ut eam ex Hippocrenes lacunis haurire necesse sit. Conditorem Prænestes Virgilius quidem nobis hisce versibus indicat, auxiliarios Turni recensens.

*Nec Prænestinae fundator defuit urbis,
Vulcano genitum pecora inter agrestia Regem,
Inuentumque focus omnis quem credidit ætas,
Cæculus; hunc Legio late comitatur agrestis.
Quique altum Præneste viri, quique arua Gabinae
Iunonis, gelidumque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater: non illis omnibus arma,
Nec clypei, currusque sonant; pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri
Instituere pedes, crudus regit altera pero.*

Quibus versibus poeta Cæculi ditionem, militem, habitum, atque arma describit pereleganter. Pompeius quoque Festus tradit a Cæculo conditum Præneste, unde putant Cæcilios ortos, quorum nobilis erat familia apud Romanos; quamuis alij appellatos eos dicant a Cæcade Troiano Aeneæ comite. Legerant

A 2 ambo

Liudib. r.

Plutarch. in
Theseo.

Lib. 7. Æneid.

Sigon. de Antiq.
nomm. Rom.

ambo Prænestinos libros, qui sonabant a Cæculo ædificatum Præneſte, ſicut auctor eſt Solinus. Nam Zenodotus eodem Solino teſte ab Ulyſſis nepote Præneſte conditum dictumque prodidit: quod & Martianus Capella refert: licet alij velint Cæculum conditorem, quem pignus aſſerunt fuiſſe flammaram, ſive, ut Solinus ait, *quem iuxta ignes fortuito (ſive fortuitos) inuenerunt ut fama eſt Digitiorum (ſive Digitorum) ſorores*. Delrio quidem Lares a Præneſtinis Digitios dictos opinatur, quod Dactyli Græcis dicerentur, quia vel viam quaſi digito viatoribus commonſtrabant, vel eo protenſo ſculpebantur. At Grotius Digitos putat eſſe *Δακτύλους Ἰδαίους*, de quibus Cicero ait: *Tertius ex Idæis Dactylis: ſeu Digitis*, ut in veteribus libris ſcriptum obſeruarunt eruditiffimi Viri. Arnobius eoſdem exiſtimat Lares, Curetas, Samothracios Indigetes, quoſque Græci Idæos Dactylos nominant. Proponam locum, ut Salmaſius e bibliothecæ Regiæ exemplari legit: *In diuerſis Nigidius ſcriptis modo tectorum domuum que cuſtodes, modo Curetas illos, qui occultaſſe perhibentur Iouis aribus aliquando vagitum, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant Græci Idæos Dactylos nuncupari. tum in calce libri eiufdem. Aut Curetas pro Laribus inuocare, quos Digitos Samothracios pars veſtrorum aſſeuerat auctorum*. Idem tamen Salmaſius in Solino non *Digitiorum*, ſed *Icidiorum* ſorores ſcribendum cenſet, cum Lares *ἰκιδίους* & *κατακιδίους* Deſſe e gloſſis, & Priſciano; quin & Curetas, atque Corybantas e Colloquijs Græco-Latinis appellatos obſeruarit. Et Icidios hoſce ſeu Lares, quorum ſorores iuxta focos fortuitos inuenerunt Cæculum, putat eſſe Diuos fratres, quorum Seruius meminit. Seruius tamen horum Diuorum ſororem vnicam Cæculi parentem non inuentricem memorat: vnde viri docti pace dixerim

Cap. 8. Polyhiſt.

Lib. 6. de Nupt. Philol.

Grotius.

Delrio in Hercule Oetzi. p. 374.

Not. in Cap.

Lib. de Natur. Deor. Lib. 3.

Flin. l. 36. c. vlt.

p. 114. ab. 1002. 1102. 11102.

odm

s

A

xerim

xerim nimis violentam, & putidam esse hanc emenda-
 tionem. Operapretium est adscribere quæ Seruius ipse
 in commentarijs ad Virgilium profert. Præneste Pon-
 tifices erant & Diij indigetes, sicut etiam Romæ. Erant
 etiam duo fratres, qui Diui appellabantur. Horum
 soror dum ad focum sederet, defiliens scintilla eius ute-
 rum percussit, inde dicitur concepisse; postea enixa pue-
 rum iuxta templum Iouis abiecit, quem Virgines aqua-
 tum euntes iuxta ignem inuentum sustulerunt, qui haud
 longe a fonte erat, unde Vulcani dictus est filius. Cæcu-
 lus autem ideo, quia oculis minoribus fuit, quam rem
 frequenter efficit sumus. Hic postquam diu latrocinatus
 est, collecta multitudine Prænestinam ciuitatem in mon-
 tibus condidit: & cum ad ludos inuissset vicinos popu-
 los, cœpit eos hortari ut secum habitarent, & pro gloria
 iactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi non cre-
 derent, inuocato Vulcano ut eum filium comprobaret,
 omnis illius multitudinis cœtus est flamma circumdatus:
 quo factò commoti omnes simul habitauerunt, & Vul-
 cani filium esse crediderunt. Mihi idem videtur quod
 Cluuerio, fratres illos Digitos appellatos: & apud So-
 linum legerim, quem apud ignes fortuito inuenerunt,
 ut fama est, Digitorum a sorore editum. Seruio con-
 sonat Ioannes Boccacius, nisi quod fauillam casu in
 gremium Amatæ forsan sororis Dauni Regis Ardeæ
 vult euolasse, atque Cæculum dictum ob lippitudinem
 oculorum; & fulmen a Vulcano missum, quo exusti, &
 perempti fuerint illi obloquentes. censet etiam illum
 proprio nomine Prænestem nuncupatum. Sed Præne-
 stem, quem alij conditorem Prænestis autumant, au-
 ctore Zenodoto Trœzenio (qui Dionysio teste Vm-
 bricæ gētis historiam scripsit, quamquam Suidas alium
 referat Zenodotum Ephesium natione Alexandri-
 num, qui Romæ vixerit) hunc inquam Prænestem

Pag. 627. in
 Lib. 7. Ængid. V

na. ad. I

ad. I

bas. ad. I
 dog. ad. I

ad. ad. I

Ital. Antiq. l. 3.

na. ad. I
 Lib. x. c. 77. D
 General. Deor.
 & Reu. Ital.

Lib. 7.

id. O

A 3 seu

seu Prænestum Vlyssis nepotem, Latinique filium
 vocant Solinus, Capella, & Stephanus, seu potius eius
 Epitomastes Hermolaus: ita vt Vlysses e Circe Lati-
 num Regem Laurentum, ille Prænesten & Lauiniam
 ex Amata susceperit. Sunt qui Latinum Fauni, &
 Maricæ filium fabulantur, vti Dionysius, & Virgilius:
 alij Fauni filia ex Hercule prognatum tradunt sicuti
 Iustinus Pompeij Trogi breuiator. Parentes Latino
 Solem, atque Circen attribuit Bartholinus. Vt vt sit
 ab hoc Præneste oppidum extructum accepisse quo-
 que nomen prædicant. Tertia opinio est Plutarchi:
 qui postquam egit de Hegestrato Ephesio, subdit,
 Telegonum Vlyssis, & Circes filium ad perquirendum
 parentem missum, urbem vt ibi conderet monitū fuisse
 vbi videret agricolas gestare coronas, atque choreas
 ducere: Is cum venisset in quemdam Italiæ locum
 intuens rusticos ilicis ramis redimitos ædificauit vr-
 bem, ab euentu Prænestum nominans, quam Romani
 voce detorta Prænestum vocant, idque tradit ex Ari-
 stotelis Iralicorum tertio. Hinc Richardus Bartholinus
 Prænestem vocat Fatidicam Aæi hospitis urbem: Id
 est. Telegoni, quem Propertius etiam Aæum nomi-
 nat. Cluuerius demum, cum Præneste Græcam esse
 urbem antiquissimi auctores tradiderint, alijq; etiam
 Telegonum, alij Prænestum Latini filium origini eius
 admiscuerint, haud perinde dubijs hinc argumentis
 colligit, hanc quoque cum reliquis prisca Latij oppi-
 dis a primis Latinis, siue Pelasgis, atque Aboriginibus
 duce Euandro vel de nouo conditam, vel pulsis
 inde primis cultoribus Siculis occupatam fuisse. quo-
 rum hoc haud obscure innuit Virgilius, qui quamuis
 in Turni acie fingat Prænestis conditorem Cæculum,
 tamen Euandrum postea introducit filium suum, quem
 in auxilium Aeneæ mittebat sic adfantem:

O mibi

V. Πραίνεστος.

Lib. 1. An.

Lib. 43.

Lib. 1. Auftriad.
& ibi Spiegel.

Parallel. cap. vlt.

L. 1. Auftriad.

Lib. 3. Ital. An-
tiq. pag. 953.

Lib. 7.

Lib. 8.

O mihi præteritos referat si Iupiter annos,
 Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa
 Straui, scutorumque incendi victor aceruos,
 Et Regem hac Herilum dextra sub Tartara misi,
 Nascenti cui tres animas Feronia mater
 (Horrendum dictu) dederat, terna arma mouenda,
 Ter letho sternendus erat; cui tunc tamen omnes
 Abstulit hæc animas dextra, & totidem exiit armis;
 Non ego nunc dulci amplexu diuellerer unquam
 Nate tuo.

Herilus iste Feroniæ (quæ Nympha Campaniæ, & Libertorum Dea erat) filius fuisse videtur vel rex, vel dux quidam Siculorum, qui Latinis ingruentibus Præneste tuebatur. Plautus Præneste numerans inter Barbaricas vrbes fulcit non parum coniecturam Cluverij. Tanta igitur huius vrbis antiquitas est, vt quæ annis amplius **CICERO** ante **IESVM CHRISTVM** natum condita sit. vnde & a Liuiο numeratur inter alios prisca Latij populos. Prudenter equidem ac tempestiue obseruat Seruius, licet multi de vrribus Italicis, atque totius orbis plenissime scripserint, apud omnes tamen, si diligenter aduertatur, de auctoribus conditarum vrbiū diffensionem inueniri; adeo vt ne Vrbs quidem Romæ origo possit agnosci. Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non apparet, non mirum est si in aliarum opinione dubitatur: vnde nec historicos, neque commentatores varia dicentes imperitiæ condemnare debemus. Nam antiquitas ipsa creauit errorem, & plerique fundant, plerique augent, & ad se transferunt nomina; quam rem etiam non paruum errorem asserre manifestum est. Latinum regem Laurentum conditorem Prænestis canit Facius de Vbertis, seu potius Coloniae ductorem, vt inferius patebit.

De

Captiu. Sc. 2.
act. 4.

Lib. 2.

In Supraf. lo-
cum Virgilij.

De Nomine Præneste:

CAPVT III.



VOD attinet ad Præneste nomen, olim
Præneste altum, & *Præneste sub ipsa*,
 Virgilius cecinit: utrobique Servius, qua
 neutrum, qua foemininum esse adiungit. & sic Priscia-
 nus: dicebatur enim & hoc Præneste, & hæc Præne-
 stis. *Præneste sub ipsa* apud Virgilium figura Synthesis
 videtur Aldo seniori, quæ discordat cum voce, cum-
 que suo concordat significatu: ita Camerino sub ipsa
 scilicet ciuitate: sic dicitur Liliū est albisimus flo-
 rum. Græcis δ̄ Πραίνεσος enuntiabatur, seu Πραίνεσός
 Suidæ: at Ptolemæo τὸ Πραίνεσον. quin Ergasitus pa-
 rasitus apud Plautum iurat Hegioni νῆ τὰν Πραίνεσιν,
 quamuis illud τὴν, seu τὰν ad πόλιν referat Cluue-
 rius. ab eo Prænestini dicuntur oppidani, teste Var-
 rone. Græcis σοι: præsertim Stephano, seu Her-
 molao. quin & Πραίνεσσοι Appiano, & Πραίνεσσοί
 vt in Dionysio scribitur corrupte, sicuti quidam vo-
 lunt, exscriptum posterioris æui vitio. Sed in has
 Grammaticorum tricas declinare non est animus. In-
 ter famosa oppida ad occidentalem Oceanum me-
 morat Aethicus, qui Theodosij æui vixisse videtur, *Pe-
 netre*: vbi Simlerus notat ita suo in exemplari legi;
 cum alia manu adnotetur, *Penestre*, *Preneste*. Proco-
 pius vocat passim Πενεστίνην portam. Anno a Christo
 nato DCCXLIII. Synodo primæ Romanæ sub Zacharia
 Papa habitæ subscripsit Venantius Episcopus Penetri;
 qui apud Binium Venantius, seu Valentius Episcopus
 Prænestinus dicitur, secundæ quoque anno DCCXLV.
 coactæ interfuit suprascriptus Præsul Præneste, seu Pe-
 nestræ,

Lib. 7. & 8. Æn.

Lib. 17.

Salmac. in Solin.
pag. 63.Plutarc. Appian.
Strabon. Dionys.
Stephani Breuia-
tori.

Lib. 4. de L. L.

L. 1. Bel. Ciu.

Lib. 5.

In Gothic.

Cassineñ MS.

Tom. 3. Concil.

nestræ, seu S. Ecclesiæ Prænestinæ. Et mendosi sunt codices Oecumenici concilij septimi, vbi Ioannes *ἐπίσκοπος Πρενέστε* pro *Πραινέστε* refertur an. DCCLXXXVII, sicut & Synodi Romanæ sub Martino PP. an. DCXLII. vbi *Μαίρεινος ἐπίσκοπος Πρενέστης* recensetur, pro *Πρενέστε* etiam, nisi forte *Πρενέση* quoque dicta fuerit, & in Plauto *πόλις* non subintelligatur, & inde *Πρενεστήνος* recte producat. Inter monumenta Tiburtina in diplomate Benedicti IV. vel VII. vt iustius putauit, dato XI I. Kal. Ianuar. anno Pontificatus primo, non septimo. (recte namque incurrit in secundam Indictionem, & annum septimum imperij Ottonis Secundi, a CHRISTO nato CMLXXV. huius Pontificis annus natalis, seu primus) silex magna de Penestrina, & Sancta Penestrinen. Ecclesia nuncupantur. Omitto tabulas complures, quas ex Archiuis promptas proferam conscriptas decimo atque vndecimo seculis. sub calce quidem Seculi XIII, & toto XIV, Penestrinus Episcopus, & Penestre vulgo appellabatur in Bullis Pontificijs, & chartulis. hodie passim Palestrina, & Pelestrina nominatur, quia & Pilestrina. Eam quondam Stephanen dictam Plinius tradit, qui corrigendus magni nominis Grammatico videtur, legendumque: *Vrbe quondam Polystephano dicta*. Sed Strabo *Πραινεσόν πολυστέφανον καλεῖσθαι* *ωρότερον* scribit, vnde Stephani epitomastæ detegitur error, qui Tiburi adscribit hoc nomen. certe Strabo ex illo urbem *ἐλληνίδα*, siue Græcæ originis esse euincit. *πολυστέφανος* autem munitam designabat urbem, quæ muris, seu murorum coronis cincta esset firmissimis. vt Dionysio Afro *Κρότων δ' στέφανος*: Pindaro, *Γλῶκ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεύξαι*: Anacreonti. *ἴδ' ἀπὸ μὲν πόλεος στέφανος ὄλωλεν*. forte ita dicta vrbs Præneste quasi multis coronis digna, vel a copia coronarū: vel a rusticis, quos ornatos coronis Telegonus reperit.

Action. 7.

Leand. Albert.
Ital. Descript.

Lib. 3. c. 5.

Lib. 5.

Phil. Ferrar.
Topograph.
Martyr.Beroald. in c. 72.
Suet. Aug. & in
Eleg. 3. l. 2. Pro-
peff.

B

De

De Præneste Etymo.

CAPVT IV.

Lib. 7. Æneid.
Merula. A. Schott
in Itiner.



PTYMON varium est. Cato dicit quia is locus montibus præstet, Præneste oppido nomen dedit, teste Seruio: quod & Festus refert hisce verbis: Præneste dicta est, quia is locus, quo condita est, montibus præstet. Seruius δὲ τὸν ὀπίων hoc est, ab ilicibus, quæ illic abundant, trahit. alij denique ὀπίον τὸ ὀπίων, scilicet quod præceptus, & edito loco sit sita dictam Præneste voluerunt: siue ἀπὸ τῆς ὀπίωνος, quia pronus, & decliuus est locus. Sed hæ nominis origines Grammaticæ sunt. magis autem Historiæ, quæ repetuntur a Præneste Latini filio conditore, vel ἀπὸ τῶν ὀπίων a ramis ilicum, quibus reuincta erant capita saltantium agrestium, in quos incidit Telegonus: vnde πρίντερον, seu πρίντερον deducit Plutarchus. Etymologijs quidem inuestigandis insudantes mihi semper præterita vaticinari visi sunt: utque contingit illis, qui ad scopum sagittas dirigunt, interdum collineare atque attingere; sic Etymologici nonnunquam etiam diuinando verum assequuntur.

De situ Præneste.

CAPVT V.



SED vt incerta est vrbis nominisque origo, ita certior eius est situs, qui in Latio prima Italię prouincia, mediterraneus, & propinquus Aequis, atque Hernicis, & intra montes, seu in montana regione, haud longe ab Vrbe Roma; a qua distat

distat in Ortum æstium XXI. mille passibus, seu centum
 LXX. stadijs. inter Tibur, a quo in Eurū XIX. millibus pas-
 suum abest, siue centum stadijs, & Anagniam: in con-
 spectu Romæ loco edito in montis meridionali latere.
 Olim equidem tum summo in iugo montis assurgebat,
 vbi hodieq; arx incolitur, tum ad radices ipsius mon-
 tis, qua cryptarum, & parietinarum veterum supersunt
 plurima monumenta sub Aede Fortunæ, quæ montis
 in cliuo constructa gradatim opere ambitiosissimo as-
 surgebat. Nunc verò illius Aedis in ruinis palatium
 attollitur instar theatri, e quo subiectum in agrum, &
 feraces in valles ad Algidum & Tusculanos vsque
 colles, atque longius iucundissimus, & amænissimus
 patet prospectus. Montem, in quo Ciuitas est Præne-
 ste, a Vibio Sequestro Auentinū vocari putabit, qui au-
 ctoris illius recēti editioni a Philippo Mauffaco ador-
 nata hærebit, vti Paulus Merula, qui quondam Auen-
 tinum nunc Aretinum dici e Vibio tradit, & Ortelius:
 quibus accederem nisi in vetusto Codice, qui anno
 MCDXXXVIII. exaratus fuit, reperissem scriptum, *Apen-
 ninum Italia vsque Præneste*. quamuis etiam in vetusta
 editione Romana legatur, *Auentinum, in quo Ciuitas
 Præneste*: & iam olim a Ioanne Boccatio, ita lectum
 fuerit, non *Areninum*, vti scribit Ortelius; nisi apud
 illum falsæ sint operæ. Et Franciscus Schottus in Iti-
 nerario olim Auentinum (vt Sequester ait), nunc (vt
 habent Lexica) Aretinum dictum asserit. Sed montem
 illum excelsum super ipsum Præneste arcis loco emi-
 nere, & retro a continuo montium tractu angustio quo-
 dam transitu quasi ceruice diuulsū testatur Strabo,
 cuius verba lubet appingere. postquā enim ἐρυμνοτέρα
 id est, munitiorem Tibure Prænesten scripsit, adijcit:
 ἄκρον γὰρ ἔχει τῆς μὲν πόλεως ἕπερθεν ὄρος ὑψηλόν, ὅπι-
 σθον δὲ ἀπὸ τῆς συνεχούσης ὄρεινῆς ἀνχένι διεξευχόμενον.

Ptolem. l. 3. c. 7.
 Geogr.
 Fung. Strabon.
 Ferrar. Topog.
 Martyr.
 Part. 2. Cosmogr.
 l. 4. c. 5. c. 32.
 Theaur. Geogr.
 Auentin.

Lib. de Montib.



ὑπεραιεθνὴ καὶ δυσὶ σαδίοις τούτε πρὸς ὄρθιαν ἀνάβασιν.
 πρὸς δὲ τῇ ἐρυμνότητι, καὶ διαώρῳσι κρυπταῖς διατέρηται
 πανταχοῦθεν μαχρὰ τῶν πεδίων, ταῖς μὲν ὑδαίαι χάρειν, ταῖς
 δ' ἐξόδων λαθραίων. Hunc montem a Strabone de-
 scriptum non dubitat Blondus eum esse, in quo est
 munitissima ars, dicta Rocca Cauarum, Blondumque
 secutus Leander Albertus idem refert: sed vterque
 fallitur. cum Strabo prominens illius iugum in quo
 arx Prænests fita est haud dubie intelligat. In eius
 montis culmine antiquos habitasse colligitur ex ver-
 bis Virgilij:

Quique altum Præneste colunt.

& ex nominis ipsius Etymologia. liquet etiam ex
 Iuvenale, qui de Cetronio, seu Centronio, ita canit
 Sat. XIV.

Aedificator erat Cetronius, & modo curuo

Littore Caietae, summa nunc Tiburis arce,

Nunc Prænestinis in montibus alta locabat

Culmina villarum, Græcis longeque petitis

Marmoribus vincens Fortunæ atque Herculis ædem?

Vt Spado vincebat Capitolia nostra Posides.

Erat hic Posides libertus gratiosus Claudij Cæsaris.

Dum sic ergo habitat Cetronius imminuit rem,

Fregit opes, nec parua tamen mensura relicta

Partis erat, totam hanc turbavit filius amens,

Dum meliore nouas attollit marmore villas.

Saty. 3.

Idem pauperem foris commodius, quam in Vrbe ha-
 bitare ostendens, Sat. III. vbi Britannicus ex Festo,
 Virgilio, & Strabone videndus.

Quis timet, aut timuit gelida Præneste ruinam,

Aut positis numerosa inter iuga Volturnis,

Simplicibus Gabijs, aut prona Tiburis arce?

Lib. 7. ep. 35. ad
 Decium.

Confirmatur etiam his Symmachi verbis: *Animum
 meum Campani littoris commemoratione sollicitas, sed
 nobis*

nobis in Prænestino rure degenibus non minus suppetit voluptatum, sint licet plures hominum sententia, qua maritimis montana postponant. Ego tamen vitandis aestibus magis iudico nemorosa quam cultu aperta congruere. Sed longe antea Pyrrhus, ut auctor est Florus, prope captam urbem a Prænestina arce prospexit. Quinetiam teste Sancto Gregorio Magno, Prænestinae urbi mons praeminet, in quo Beati Petri Apostoli monasterium situm est, quod adiit ipse Sanctus Gregorius: unde cum ibi aedificia, villæ, arx, atque monasterium essent, haud dubium quin frequentes incolæ iugum illud inhabitarent. Farfenses tabulæ tradunt a Benedicto VIII. Pontifice Romano Ioannem Marchionem in Turribus Penestrini (ita tunc loquebantur) montis obsessum, & mox mentitum fuisse de Penestrino monte nolentem reddere, sicuti promiserat, anno a Christo nato circiter MXXII. Et in Vita Beatae Margaritæ Columnensis legimus, eam mansisse in monte Prænestino prope Romam in domo paterna velut in Monasterio cum quibusdam alijs, & ibidem obiisse ad annum a Virginis partu MCCCXXXVI. sed cum sedere Bonifacio VIII. Præneste tandem post grauem obsidionem pactis legibus dedita esset & diruta, & in valle reaedificata, Ciuitas Papalis appellata fuit. Vnde Theodoricus Rainerius Cardinalis Episcopus Ciuitatis Papalis nominatur, in annalibus Ptolemæi Lucensis, & apud Ciaconium. mox autem extincto Bonifacio Columnensium familia Præneste, & ipsa Præneste nomen recepit. Nam & Sciarra Columnensis senex ibidem obiit: & Iacobus filius Stephani cum Romæ promulgasset Ioannis XXII. aduersus Ludouicum Bauarum diploma, eo confugit: & Columnenses ibi obsedit Nicolaus Laurentij Tribunus. demum Ioannes Vitellescus Eugenij IV. Legatus in Columnenses exercitum ducens,

Lib. 1. c. 18.

Lib. 3. c. 23.
Dialogo 3. adit
2019. 11. 18

Chron. Farfense
in Hugon. Abb.
c. 32.

Append. Fasci-
cul. Temp. Ma-
riani M. S. Toffi-
nian. V Vading.

Bulle Bonif. VIII.

Platin. Brou.
Blond. Iouius
Heninges.

Villan. Cia on.
Vita Colę di Rę-
zo.

dul

B 3 Præ-

Plat. Bzon. Blond. Prænesten rursus obsessam, præciso aquæductu, qui vnicus præbebat vrbi potum, capit: & mox rebellio- nem meditatem funditus euertit, Prænestinis Romam migrare iussis anno mccccxxxv. Itaque ruinae erant nobilitatis antiquæ, lacera hinc atque inde palatia iacebant, & remplorum disiecta rudera, & murorum quadrati lapides vix credibilis magnitudinis, dum eo venit Pius II. auctore Gobelino, & agrestes habitabant pauci, quos sola soli retinebat vbertas. Nam Stephanus Columnensis sedente Nicolao V. muros instaura- uerat, habitatores reduxerat, & arcem in summo ver- tice montis ædificarat: isque etiam hodie situs Urbis est, eademque facies. Portæ arcis adhuc incisa legitur hæc inscriptio:

MAGNIFICVS. DOMINVS
STEPHANVS. DE. COLUMNA
REÆDIFICAVIT
CIVITATEM. PENESTRE
CVM. MONTE. ET. ARCE
ANNO. MCDLXXXII.

Quamquam frequentior cultiorque creuerit, & nunc sub VRBANO PONTIFICE, Principeque THADDÆO BARBERINO Urbis Præfecto caput erigit, mouet la- certos, & quasi reddita iuuentute reflorescit.

De agro Prænestino.

CAPVT VI.



VA regnum Latini fuit, vniuersus ager di- ctus Latium particulatim oppidis cognomi- natus, vt a Præneste Prænestinus, ab Aricia Aricinus, scribit Varro. Latissimus ille fuit olim, & sub

sub ditione Prænestinorum octo fuisse oppida T. Liuius testatur. & a Romanis agro multatos Prænestinos quod Pedanis auxilium tulissent. neque tantum ob rebellionis crimen, sed quod tædio Romani Imperij cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent, idem auctor est ad annum Urbis Conditiæ CDXIV. Cæterum Strabo de Prænestinæ Urbis situ eiusque ad res nouandas opportunitate sic scribit: *Vt alia Vrbes propter rerum copiam, & opulentiam, murorumque firmitatem, & situm munitum felices censentur; ita horum ergo Prænesti infelix euasit: ipsique fuerunt exitio, que alijs maximo solent esse vsui, atque presidio. Nam flagrante bellis ciuilibus & seditionibus Vrbe Roma, factiosi homines, qui res nouas moliebantur eo velut in arcem confugiebant. idcirco Prænesti obsessa, expugnata, & vastata, agerque ademptus, culpa etiam in insontes translata. Vnde etiam bellorum ciuiliu tempore Syllæ iussu uenisse sub hasta Prænesti inter alia splendidissima Italiæ municipia docent Florus, & S. Augustinus. agrum etiam Prænestinum veteranis assignatum sub Octauio Cæsare, atque ideo Fuluiam Marci Antonij vxorem cum Lucio Antonio belli sedem ibi cepisse contra Octauium colligitur ex Epitome T. Liuij. Cicero certe clamat: *At videmus (ut longinquamittamus) agrum Prænestinum a paucis possideri.* Et Sextus Iulius Frontinus libello de Colonia, Prænesti, inquit, oppidum, ager eius a Quinque uiris pro parte in iugeribus assignatus est, ubi cultura est. Cæterum in absoluto est relictus circa montes, iter populo non debetur. Florebat Frontinus Traiani auo; ex quo Siculus agrimenfor eadem repetit.*

Det. 1. lib. 5. c. 29.

Lib. 8. c. 13.

Lib. 5. Geogr.

De Re Militari
Lib. 2. c. 22.

Lib. 3. c. 21.
De Ciuit. D.

Lib. CXXV.

Orat. 2. de Lege
Agraria.

Vt Asylum fuerit.

CAPVT VII.



VIT præterea Asylum Præneste, idque Polybius diserite probat, Romanæ Urbis politiam describens hisce verbis: ἐστὶ δ' ἀσφαλεία τοῖς φεύγουσιν ἐν τῇ Νεαπολιτῶν, ἢ Περαϊνεσιῶν, ἢ τῇ Τιβερειῶν πόλει, ἢ ταῖς ἄλλαις, πρὸς ἃς ἔχουσιν ὄρκια. *Securitas vero est profugientibus Neapoli, & Præneste, etiam Tiburi, & alijs in oppidis, ad quæ sacramenta habent.* Romanique ciues exsilij causa solum vertere in eas vti liberas Ciuitates solebant. eius rei exempla, aliquot proferemus. P. Furius Philus Prætor citerioris Hispaniæ adductus ad recuperatores, & accusatus grauisimis de criminibus, cum dicenda de integro causa esset, excusatus exsilij causa solum vertit, & exsulatum Præneste abijt, vti Matienus Tibur. P. Licinio Crasso, & C. Calsio Longino Coss. Tiberij Cæsaris pater Prætura functus, cum exitu anni discordia, inter Triumuiros exorta esset, retentis vltra iustum, tempus insignibus, Lucium Antonium Triumuiri fratrem ad Perusiam sequutus, deditione a cæteris facta solus permansit in partibus: at primo Præneste, inde Neapolim euasit, seruisque ad pileum frustra vocatis in Siciliam profugit. Asyla quidem ista optimo consilio instituta tum ad replendas, & augendas colonis Vrbes, tum ad conseruandam hominum vitam. Erant apud Hebræos sex euasionis seu refugij ac receptus Vrbes ex mandato diuino: illuc qui percusserant hominem ignoranter sese recipientes salui & incolumes erant, atque tuti. Lucum ingentem Romulus acer Asylum esse iussit. Athenis aram misericordiæ, & Ephesi Dianæ

Lib. 6. hi. R. Rom.

Cardul. ad pas.
55. Getul. &
Aman.

Liu. L. 47. c. 11.

Sueton. c. 4. in
Tiber.

Numere. 35.

Dion. Halic. Liu.
Virgil Iuuenal.
Seru. in Virgil.
Act. Apost. c. 17.
Theophil. in In-
flit.

N

Dianæ templum Asyla fuisse constat: ne quid dicam de Poneropoli Philippi. Sed cum Asyli ius ex templi celeberrimi veneratione haud dubie ortum sit, ad eius descriptionem interim lectorem differimus.

De Arboribus.

CAPVT VIII.

Nunc ex ipsa ciuitate in agrum eius Iustrandum ac describendum tantisper cōcedemus. Theophrastus omnem Latinorum agrū hisce verbis depingit. ἡ δὲ Λατίνων ἐφοδρος πᾶσα. καὶ ἡ μὲν πεδαιὴ ἔχει μύρρινον, καὶ ὄξυν θαυμασιόν. τηλικαῦτα γὰρ μήκη τίμνετιν, ὡς εἶδ' δια νεῶς τῶν Τυρρηνίδων ὑπὸ τὴν τρέπιν. ἡ δὲ ὄρεινὴ πεύκην, καὶ ἐλάτην, &c. *Latinorum autem ager vniuersus aquis scateat: & planities quidem habet myrtum, atque sciscimam mirandam, (ad fagi genus a nonnullis refertur, quæ ὄξυν a Theophrasto dicitur, a Gaza sciscima: Plinius Oltryam vocare videtur) tanta namque longitudinis eamsecant, ut apta sit ad nauem e Tyrrenicis pro carina. Montana vero regio piceam, & abietem, &c. Hæc Theophrasti verba cum de cæteris agri Latini partibus intelligenda sint, tum vero Prænestino præcipue conueniunt. Ille enim & qua planitie protenditur, & qua montibus assurgit arbores plurimas, quales Theophrastus describit, & procerissimas etiam nunc producit. cuius rei fidem facit vel vnica illa sylua quæ Ciuitatem proxime adiacet.*

Lib. 5. hist. plan. c. 9.

L. 13. hist. nat. cap. 21. Dodonæ
L. 4. c. 11. Pempte.
6. hist. stirp.

De Aquis, & Veresi Fluvio.

CAPVT IX.



Si quis autem ager, Prænestinus profecto irriguus est. Nam & Urbem ipsam plurimis cuniculis occultis perforatam fuisse vsque ad planitiem & campos e Strabone retuli superius; & aquæductum caussa cuniculos miro opere fabricatos in diuersas agrorum partes fuisse. vnde & C. Marium adolescentem Præneste obsessum per illos erumpere conatū foramine e terra emeruisse Velleius scribit. Strabo cum Prænestinum agrum descripsisset, subiungit eum Veresi fluuio irrigari. *ἢν δὲ Ἰγ' ἡς χόρας ὀνέρεως ποταμὸς*. Hinc ad Verrestim fluuium locat Prænesten Merula, quem Verrestū vocat Leander. Veresim amnem a Gallicano oppido in Anienem defluere putat Cluuerius; & ostendisse se ait, pugnatum a Latinis cum Romanis haud procul radicibus Vesuij montis, qua via ad Veresim ferebat, & victos Latinos cum Decius se deuouisset T. Liuius narrat. sed Cluuerium aut memoria lapsum, aut promissi oblitum puto. Aquas Prænestinas memorat Blondus Flauius. sed variarum formarum, sic aquæductus appellant, & fontium indicem contexit vir peramicus, & recentiora nomina apposuit.

Lib. 2. hist.

Lib. 5. Geogr.

L. 4. p. 2. Cosmog.
Descrip. Latij.L. 3. Ital. Ant. &
L. 2. c. 10.

Lib. 6.

Decad. 3.

De Vinis, & Latifundijs.

CAPVT X.

L. de Vin.

L. 9. epigr. 73.



PRÆNESTINA Vina celebrat Andreas Baccius, Latifundia Martialis, in sutorem canens.

*Prænestina tenes decepti regna patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit.*

Exco-

Excolebantur quippe vastissima, vt idem innuit, de
hortis Iulij Martialis agens; quorum tamen pauca L. 4. Epigr. 51.
iugera illis præfert:

*Vos nunc omnia parua qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tibur,
Vel Præneste domate.*

Sed age nomina quoque fundorum agri Prænestini,
quæ ex vetustatis naufragio supersunt, colligamus.

In Vita S. Syluestri Papæ, quam ex Pontificali Da-
masi profert Binius Tom. 1. Concil. sic legimus: *Con-*
stituit B. Syluester I. Papa in Vrbe Roma titulum suum
in regione tertia iuxta Thermas Domitianas, quæ cogno-
minantur Traiane, titulum videlicet Syluestri, vbi do-
navit Constantinus Augustus fundum Ceianum in ter-
ritorio Prænestino, præstantem solidos quinquaginta;
Fundum Termulas (seu Thermulas) in territorio Præ-
nestino præstantem solidos triginta quinque, possessionem

ff. de offic. P. V.
de Cilonis domo
Notit. Urb. &
Panciol.

Cylonis (forte Cilonis Præfecti Urbis, ad quem exstat,
epistola Seueri) in Territorio Prænestino, præstantem

solidos quinquaginta quinque, &c. Hæc inquam Binius
ex Pontificali, quæ in Moguntina editione Anastasij
frustra quæras. Sixtus III. fecit, seu refecit Basilicam

Anast. Bibl. in
in Sixto III.

Sanctæ Mariæ, quæ ab antiquis Liberij cognomina-
batur, iuxta macellum Liuiæ, vbi & obtulit inter
alia possessionem *Marmoratam in territorio Prænestino,*
præstantem solidos centum quinquaginta duos. Factum

hoc ad annum CHRISTI ccccxxxii. Sic Ecclesia Ro-
mana primitias donorum e Prænestino agro excer-
psit, & delibauit fructus primæuæ pietatis. In Præne-
stinorum finibus iacebat Cæsariana possessio, Symma-
cho teste. possessionem Celeris in territorio Afilia-
no, quod sub dicecesi Prænestina regitur, Sixtus III.
attribuerat Basilicæ Liberianæ. Gauiniana, seu Gabi-
niana prædia recensent Iurisconsulti, quæ Zagarolæ

Lib. 10. epist. 4.
ad D. Theodos.

A. August. de
prop. nom.
Pandect.

C 2 fuisse

Inscript. p. 169.

fuisse nonnunquam sum opinatus, vbi Venus Gabinia colebatur, vti liquet ex Inscriptione, quam e Grutero profero.

VENERI . GABINIÆ . ET . ALBANÆ . SANCTÆ
PRO . SALVTE . L . GENII . PRIMIGENII . ET
SECVNDINO . FILIO . L . IVNIVS . FELIX . PATR.
CVPEDINIS . II . AER . P . S . POS .

In Tabula Italiæ
Ital. Antiq. p. 947.
900.954.966.

Ital. Illustr.

Sed Zagarolam Gruterus ipse atque Ligorius Gabios fuisse censent; Cluverius Labicum, immemor a se Gallicanum assertum Labicum: & mox conuenire nulum æque locum Pedi descriptioni atque Gallicanum pronuntiatum. ego Gabiniana illa prædia esse putarim oppidum, quod Gabinianum, seu Cauignano hodieque appellatur: cuiusque Domini erant Comites, & haud procul Signio situm est. In montibus Prænestinis sitam villam Horatij, vbi S. Ioannis in campo Horatij nunc appellatur, refert Blondus. Fundum quoque Cæsarianum in via Penestrina miliario xxx. recenset Notitia fundorum iuris tituli Sanctorum Ioannis & Pauli marmoribus insculpta, cum diplomate Gregorij Secundi, vt videtur, cui ad latus Constântini Serui Seruorum nomen incisum. Fundum Luco in territorio Prænestino cõmemorat Leo Papa VII. anno Pont. II. Indictione x. Fundum ΩΑΕΡΑΝΟΝ, pro ΩΑΕΒΑΝΟΝ, Notitia *ωγασειων*, seu villarum & fundorum spectantium ad Monasterium S. Erasmi Romæ; quæ incisa marmori effossa nuper fuit in Vaticano. eandem infertam legi Regeſto veteri Sublacensi. Sed Oleranum illud Olebanum esse Ioannis X. & Paschalis II. literæ conuincunt; quod hodie Prænestina etiam in diocesi situm est. Eadem notitia Fundum ΑΟΝΤΙΑΝΟΝ ΜΙΚΡΟΝ, & ΜΕΦΑ adnumerat: quorum alterum ego Lunianum arbitror Prænestinæ dioceseos vicum. Fundum

dum qui appellatur Semessanum in integro positum in territorio Prænestino Ioannes Pontifex X. recenset, vt & Fundum Donabelli anno Pontificatus III. CHRISTI CMXXV. Fundos Semisanum, & Donabelli in territorijs Tiburtino, & Prænestino locat Otto II. Imperator, anno V. Imperij. Atque his e fundis, villis, & possessionibus succreuerunt, & ex oppidorum octo, quæ Prænestinis olim suberant, ruinis exsurrexere oppida & vici, qui nunc in diocesi Prænestina numerantur: nempe Cauarum, Genistani, Paliani, Surronis, Roiatis, Afilarum, Pontij, Olibani, Ciuitellæ, Pisciani, Sancti Viti, Capranicæ, Arcis Cauarum, Lugnani, Zagaroli, Gallicani.

De Floribus, Fructibus, & Nuculis.

CAPVT XI.

NON QUÆ deerant horti: cum florum, atque Rosarum præcipue, quæ flores inter principatum obtinere videntur, feracissimum esset Prænestinum solum. Plinius genera, ait, *Rosarum* Lib. 20. c. 4. *nostris fecere celeberrima, Prænestinam, & Campanam: addidere alij Milesiam.* Erant vero adeo fragrantés, vt ex illis conficerentur vnguenta optima. superscriptus enim auctor ita de vnguentis scribit: *Irinum Corinthis* Lib. 13. c. 27. *dici maxime placuit, postea Cyzici: simili modo Rhodium Phaseli, quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Præneste.* In satiuarum Rosarum numero quartam speciem Gallia profert, quæ Rosæ Franchæ: Plinius Trachiniam, aut Prænestinam dixit, teste Dodonæo. Martialis in epig. IX. L. IX. in corollam roseam canit:

Seu Prænestino te villica legit in horto.

Protulit & fructus celebres Prænestinum solum, præ-

C 3 fertim

Lib. XV. c. 22.

Turneb. c. 19. l. 25.
& c. 17. l. 27. Adu.

c. 8. l. de re rust.

L. 3. c. 14.

fertim nuces. Cato etenim adijcit Auellanas, ac galbas Prænestinas: quas maxime laudat, & conditas ollis in terra feruari virides tradit apud Plinium: vbi adnotatur legi *caluas* in vetusto Glossario: *calua nux*, *καρυον βασιλικόν*. in eodem, Albanæ nuces Prænestinæ, *calua nux*, quæ fructum caluum fert, id est summo apice nudum, nec vndique putamine corticis obdutum. Catonis verba hæc sunt: *Sub Vrbe hortum, &c. nuces caluas, Auellanas, Prænestinas, & Græcas. Hæc facito vti serantur, &c.* In Saturnalijs Macrobij Seruius nucum varias species exponens, *Nux hæc* (scribit) *Auellana, seu Prænestina, quæ eadem ex arbore est, quæ dicitur Corylos, de qua Virgilius dicit: Corylum fere, &c.* Hic inter densas Corylos. *Est autem natio hominum iuxta Prænestinum agrum, qui Carsitani vocantur ἀπὸ τῶν καρῶν, cuius rei meminit Varro in Loghistorico, qui inscribitur Marius de Fortuna, inde scilicet Prænestina nuces.* Est & illud apud Næuium in Ariolo, quod ita refert Iosephus Scaliger in castigationibus ad Festum.

heri

Quis apud te? Prænestini, & Lanuuij hospites.

Suoapte virosque decuit acceptos cibo,

Alteris inanem bulbam madidantem dare,

Alteris nuces in procliui profundere.

Cl. Salmasius in notis ad Lampridium pro bulba legit vuluam: sicuti Isaacus Pontanus in Macrobio, madidam, pro madidantem. Nuculas manifesto dictos confirmant isti versus: itaque iubet illis nuces in procliui profundere, vt solebat pueris. Quin veteribus in faxis mentio est sparsionis nucum, quam quotannis facere ad tumulum testatoris damnas est heres ex eo testamento. De nucibus a nouo marito spargi solitis inter solemnes nuptiarū ritus, exstat Virgilianū illud:

Sparge marite nuces.

Ado-

Adolescentes etiam cum serijs animum appellebant, relinquere nuces dicebantur, vt fufe in Adagijs obseruauit Erasmus. *Nuculas Prænестinos appellabant antiqui* (vti refert Sextus Pompeius Festus) *quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt*: id vero mox recensēbimus. vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur. Paulus Diaconus hæc ita expressit: *Nuculas Prænестinos* (alias *Prænестini*, alias *Prænестinas*) *appellabant*. Cicero de dictis ex ambiguo loquens, vt illud Africani, ait quod est apud Lucilium.

Ex Liniolib. 23.
Annotat. Festi.

L. 2. de Orat.
Fragm. Lucilij.

Quid Decius Nuculam an confixū vis facere? inquit; Idem Cicero Philippica VI. his verbis notat Prænестinos Nucularum cognomine. *Iacent beneficia Nucule, friget patronus Antonius*. Lucium nempe designans: cuius supra meminimus, & de quo inferius agendum erit.

De secessu.

CAPVT XII.

NON vt in Asylum tantum Præneste commeabant frequentes Romani ciues; verum etiam propter amānitatem, & saluberrimi aeris temperiem, secessus ergo æstate vt plurimum illuc conuolabant. Martialis de littoris Formiani delicijs agens, sic exclamat.

L. 10. Epig. 28.
seu 30.

O temperata dulce Formia litus!
Nam cum seueri fugit oppidum Martis,
Et inquietas fessus exiit curas
Apollinaris omnibus locis præfert.
Non ille sancta dulce Tibur uxoris,
Nec Tusculanos, Algidosue secessus,
Præneste nec si Antiumque miratur.

Et

Lib. 1. 6. 11.

Et iuculentum de Prænestino secessu L. Flori testimonium habemus. *Tibur nunc suburbanum, & æstiuæ Præneste delicia nuncupatis in Capitolio votis petebantur.* ita ille Traiani ævo, ut creditur. Antea tamen secesserat eo Flaccus Horatius poetarum lepos, & Lyricæ delictum Camænæ, qui canit Homerum a se Prænestæ relectum in epistola ad Lollium:

L. 1. 1. 1. 1. 1.

*Troiani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ Præneste relegi,
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid vile, quid non,
Plenius ac melius Chryssippo ac Crantore dicit.*

Forfitan æstus vitandi causa, & ad opacum frigus captandum Præneste tunc Flaccus agebat. altior enim situs & nemorosus minus obnoxius est caloribus. vnde Præneste frigidum vocat idem Horatius:

de 4. 1. 3.

*Vester Camanæ vester in arduos
Tollor Sabinos, seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquida placuere Baia.*

Satyr. 3.

Sic Prænesten gelidam nominavit Iuuenalis supra laudatus. Eo vero Flaccus ventitabat Augustum, seu Mæcenatem Augusti comitem assiduum & fidum vel sectatus, vel imitatus. Nam Augustus, teste Suetonio, ex secessibus præcipue frequentauit mari imam, insulasque Campaniæ, aut proxima Vrbi oppida Lanuuium, Præneste, Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi persæpe ius dixit. & itinera lectica, & noctibus fere, eaque lenta, & minuta faciebat; ut Præneste, vel Tibur biduo procederet, ac si qua mari posset peruenire potius nauigabat. A. quoque Gellius Hadriani ævo in recessu Prænestino vespertina ambulatione solus obambulâs considerabat qualis, quantaque esset particularum, quarumdam in oratione Latina varietas. sed vberius pandit quid illo in recessu ageret. *Quando ab arbitris*

L. 1. 1. 1. 1. 1.

(adijcit)

(adijcit) negotijsque otium est, & motandi corporis aut spatiamur, aut vestamur, quæere nonnunquam apud memetipsum soleo res eiusmodi paruas quidem, minutasque, & hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda, & ad scientiam linguæ Latinæ cum primis necessarias. Plinius Secūdus ad Apollinarem scribens suum in Thuscis secessum, villamque ibi suam graphice depingens, addit: *Habes caussas cur ego Thuscos meos, Tusculanis, Tiburtinis, Prænestinisque meis præponam. nam super illa, quæ retuli, altius ibi otium, & pinguius, atque securius: nulla necessitas togæ, nullus accersitor e proximo.* M. Antoninus Philosophus Imperator, teste Capitolino, sub ipsis profectiois Germanicæ diebus in secessu Prænestino agens filium nomine Verum Cæsarem exfecto sub aure rubere septennem amisit, quem non plus quinque diebus luxit; cōsolatusque etiam medicos, actibus publicis se reddidit. Symmachus sub Theodosio Augusto florēs Patri scribit. *Interea loci de Prænestina successione siluisti, cuius fama mihi fecit indicium, quam vellem delicijs vestris improvisus obrepere: licet Campaniæ amena præniteant, mihi tamen esset accommodatius agitare vobiscum, & spiraculis regionis illius æstiuam flagrantiam temperare.* Idem quoque scribēs Eutropio. *Haut olim tamen, ait, Urbem rure mutaueram, ut æstas mihi Prænestino Algi- do frangeretur, si interuentus negotij familiaris recipit otium meum.* Idem quoque Decio hæc exarat loco iam prolato. *denique ruri cum parentibus otiabar, ut algore Prænestini diuersorij flagrantiam torrida æstatis excluderem, eoque loci repererunt litteræ tuæ: sed ubi omnes molestias, quas Pado auctore tolerasti, sollicita lectione percensui, accusato vernula tuo flumine, cuius turbidos meatus, & infidam aquã expertus es, retuli conseruationis tuæ gratiam Dijs auctioribus, BONAEQUE FORTVNAE.*

D

Septi-

Chron. Cassinen.
l. 2. c. 80.

Chron. ad an. 1047

Platin.

Zenus MS. Cod.
Vatic. 5942.

Pandolph. Pisan.
Cod. Vatic.

Baron. ann. 1117.

Septimo fere postea sæculo Damasus II. Pontifex Romanus; qui ortus e Bauaria, & prius Popo Bagnarius vocatus, Brixienfis Episcopus, atque Aquileiensis Patriarcha fuerat, cum se animi recreandi causa, & ad fugiendos Romani cœli feruores Præneste contulisset, anno a CHRISTI natali MCLVIII. die VI. Idus Augusti fato functus est, vti Leo Ostien, Sigonius, Panuinius, & Ciaconius, atque Cardinalis Baronius ad dictum annum, ex eoq; Spondanus attestantur: tum ad Sancti Laurentij extra Vibem sepultus fuit, Hermanno Contracto teste. Nihilofecius tamen Paschalis II. cum grauissime laborasset Anagninæ, simul atque sanatus fuit Præneste adijt, & Beato Agapito, quem vnice Protectorem gens colit, dedicatam Basilicam consecrauit ingenti cum iucunditate, sicut illum supplices orauerant Anagninæ Prænestini; & qui antea in lecto alterius auxilio suspensus sedere vix poterat, ante altare per se erectus Missarum solemnia celebravit, & Natiuitatis Domini vigilias, Romani ordinis Missas, & matutinum post Missam, & iterum Missam, & post processiones Octauas, & Epiphantias, &c. Audiuit ibidem Caloioannis Imperatoris Constantinopolitani, qui patri Alexio demortuo successerat, Oratores, quos ibi receperat, & lætos expeditosque remisit, cum eis dixisset vt suo nomine Caloioannem contra Saracenos animarent: quæ ad annum CHRISTI nati MCLVII. gesta sunt, legunturque hac de re incisæ marmoris hæ Inscriptiones in Ecclesia Cathedrali.

Anno Dominice Incarnationis millesimo cxxvj. xviii. Kal. Febr. Indic. x. dedicatum est Altare, & Crypta Sancti Agapiti Martyris per Dominum Cononem Prænestinum Episcopum. in quo videlicet Altari requiescunt corpora SS. Marti. Agapiti, Gordiani, & Abundij: & recondite sunt Reliquæ SS. Mart. Miliani, & Nimphe.
Anna


RC Anno Dominicae Incarnationis MCVII. m. Decem-
 brio sac. die xvj. Indict. xj. dedicata est superior Eccle-
 sia, & Altare sancti AG. Mart. a Domino Paschali II.
 Papa anno Pontificatus eiusdem xviiiij. in quo videlicet
 Altari recondita sunt Reliquae Apostolorum, & Sancto-
 rum Mart. Calixti, Martini Papae, Agapiti, Valentini,
 Tiburtij, & Socij. & beatae Agathae Virginis, & Sancti Sil-
 uestri Confessoris. Interfuerunt huic dedicationi Mai-
 fredus Tiburtinus Episcopus, Berardus Marsicanus
 Episcopus, & Ecclesiae Romanae Cardinales Presbyteri
 Diaconi GG. AVRIFEX.

Eugenium III. Pontificem Maximum anno MCLIII.
 mansisse in finitimis Vrbi locis, Tiburi, Praenestae, at-
 que Tusculi Ciaconius auctor est. Et vero saluberrimus & purissimus ibi aer, ipsoque in monte praeser-
 tim ducitur.

Tom. L. Vit. Pont.

De Ludis.

CAPVT XIII.

LLICIEBANT & detinebant etiam eos,
 qui Praenestae degerent, Ludi; quorum &
 Cicero meminit hisce verbis: *Habes, quae,
 dum tu abes, loquuti sunt. Ludi interea Prae-
 nestae, ibi Hirtilius, & isti omnes, & quidem Ludi dies
 octo; quae caena? quae deliciae? Res interea fortasse tran-
 sacta est. O miros homines! at Balbus edificat, n̄ γὰρ
 αὐτῷ μέλει, verum si quæris hominē homini nō recta, sed
 voluptaria querenti nonne βεβιωται; Tu interea dormis.*
 Sub Theoderico rege Gothorū ludi Praenestae peracti
 videntur e Cassiodoro in formula Vicarij Urbis Ro-
 mae. illi enim edicitur: *Intra quadragesimum sanctissi-
 mae Urbis iura custodis: Praenestae Ludos edis in vicem*

L. G. Var. ep. 15.

Consulis in honorem positus. Ad Ludos certe pertinent istæ Inscriptiones. quarum prima extat in hortis, incisa basi hisce verbis :

Grut. p. 483a

D. VELIO	a tergo .
TROPHIMO	CVRANTIBVS
SEVIRO	
AVGVSTALI TORINO
CVRATORI	
MVNERIS. PVBLICI	ATRILE. II. VIR.
DECRETO. DECVRIONVM	VII. K:
POSTVLANTE	TORIN. VIR.
POPVLO. FF.	
S. PP. P.	APRILE.

Altera ita concepta est.

M. AVRELIO. AVGG. LIB.
 AGILIO. SEPTENTRIONI
 PANTOMIMO. SVI. TEMPORIS. PRIMO
 HIERONICÆ. SOLO. IN. VRBE. CORONATO
 DIAPANTON. AB. IMPP. DD. NN.
 SEVERO. ET. ANTONINO. AVGG.
 PARASITO. APOLLINIS
 ARCHIERI. SYNODI. IIIII. VIR. AV.
 HVIC. RESPVBLICÆ. PRÆNESTINA.
 OB. INSIGNEM. AMOREM. EIVS. ERGA
 CIVES. PATRIAMQ
 POSTVLATV. POPVLI. STATVAM. POSVIT.

Et forte ad Septentrionē Prænestinum pertinet Inscriptio quæ Antipoli in Prouincia Narbonensi visitur :

SEPTENTRIO. PVER
 BIDVO. SALTAVIT. ET
 PLACVIT.

Ter-

Tertia sic legitur :

A. MVNIO. A. F.
 MIN. EVARISTO
 S. P. L. E. Q. R. PAT. COL.
 OMNIBVS. HONOR.
 NITIDE. FVNCTO. OB
 INSIGNEM. EIVS. EDITIONEM
 MVNERIS. BIDVI. POPVLO
 POSTVLANTE. BIGAM
 PLACVIT. EQVEST. STATVA
 DECRETO. ORDINIS. EVM. DONARE
 L. D. D. D.

Quarta est huiusmodi, quam Gruterus retulit .

CN. VOESIO.
 CN. FIL. APRO.
 QVAESTORI. AEDILI. II VIRO
 FLAMINI. DIVI. AVGVSTI. VI VIRO
 AVGVSTALI. CVRATORI. ANNON
 TRIENNIO. CONTINVO. CVRAT
 MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORII. III.
 QVOT. ISTE. TEMPORE HONORVM. CVRARVM Q;
 SVARVM. PIENTISSIMO. MVNIFICENTIAE
 STUDIO. VOLVPTATIBVS. ET. VTILITATIBVS
 POPVLI. PLVRIMA. CONTVLFIT. LVDVM. ETIAM
 GLADIATORIVM. ET. SPOLIARIVM. SOLO. FACTO
 SVA. PECVNIA. EXTRVCTVM. PVBLICE. OBTVLERIT
 CVIVS. MERITIS. POSTVLANTE. POPVLO
 STATVAM. PVBLICE. PONI. PLACVIT. D. D.

Itaque non tantum hic saltabatur a Pantomimis, ve-
 rum & Gladiatoria munera exhibebantur, vnde per
 idem tempus, quo Nero Urbem incendit, tum aduer-
 sus Christianos sauijt, hoc est, C. LECANIO BASSO.

D 3 ET

Tacit. l. 15.

ET M. LICINIO CRASSO COSS. *Gladiatores apud oppidum Prænestinum tentata eruptione presidio militis, qui custos adesset, coerciti sunt. Iam Spartacum, & vetera mala rumoribus ferente populo, ut est nouarum rerum cupiens, pauidusque.*

De Fortunæ sortibus.

CAPVT XIV.

L. 2. de Diuin.

FELIBERRIMA vero fuit imprimis Præneste FORTVNAE sortibus, & templo, in quo edebantur oracula. Originem Cicero pandit eleganter sane, quo loco disputat contra sortes. Labet igitur eius verba hic inferere. *Videamus (inquit) clarissimarum sortium quæ tradatur inuentio. Numerium Suffucium (teu Suffetium) Prænestinatorum monumenta declarant honestum hominem, & nobilem somnijs crebris, ad extremum etiam minatibus cum iuberetur certo in loco silicem cedere, perterritum visis irridentibus suis ciuibus id agere cepisse. Itaque perfracto saxo sortes erupisse in robore insculptas priscarum litterarum notis. Is est hodie locus septus religiose propter Iouis pueri, qui lactens cum Iunone in gremio FORTVNAE sedens mammam appetens castissime colitur a matribus. Eodem tempore eo loco, ubi nunc FORTVNAE sita ades est, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicesque dixisse summa nobilitate illas sortes futuras; eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eaq; conditas sortes, quæ hodie FORTVNAE monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi? quæ FORTVNAE monitu, pueri manu miscentur, atque ducuntur. Quomodo autem istæ posite in illo loco? quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? nihil est, inquiunt, quod Deus efficere non possit. utinam sapientes Stoicos fecisset*

fecisset, ne omnia superstitiosa solitudine, & miseria crederent. Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explosit. fani pulchritudo, & vetustas Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus. Quis enim Magistratus, aut quis vir illustrior vtiur sortibus? cæteris vero in locis sortes plane refrixerunt. Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum: nusquam se fortunatiorem quam Præneste vidisse Fortunam. Quidius Prænestinam Deam vocat ideo Fortunam hi cæ versibus:

Sextus Iunonis mensis fuit, aspice Tibur

L.6.Fastor.

Et Prænestina mania sacra Dea.

Propertius earundem meminit.

L.2.Eleg.32.

Nam quid Prænests dubias, O Cynthia, sortes,

Quid petis Alæi mania Telegoni?

Tiberius Cæsar, vti Suetonius scribit, vicina Vrbi

c.63.Tiben.

Oracula discere conatus est: sed maiestate Prænestinarum sortium territus desistit; cum obsignatas, deuectasque Romam nõ reperisset nisi relatas rursus ad templum.

Vbi Beroaldus multa notat, & Strabonem laudat, ex eoque affirmat habuisse Præneste Fortunæ templum,

Et in c.79. not. in Aug. & in Propert. ll.

vnde certa edebantur Oracula. apud eundem Suetonium Domitiano Cæsari Prænestina Fortuna toto imperij spatio annum nouum commendanti lætam, eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mentione. Alexandro Augusto Mammææ filio fors in templo Prænestino talis extitit, cum illi Heliogabalus insidiaretur.

c.15.Domit.

Lampr. in Alex.

— — — si qua fata aspera rumpas

Tu Marcellus eris.

Suprascriptum versum Propertij Beroaldus sic explicat: quid petis Prænestinum secessum, vel Tusculanum? dubias sortes vocitari addens, vt eleuando auctoritatem oraculi citius persuaderetur Cynthia man-

nen-

L. 1. c. 3.

Lib. 8.

Sat. 14.

Al. ab Alex. l. 1.
Gen. Dier. c. 14. &
ibi Tiraquell.

L. 1. Sylu.

Lib. 3.

L. 1. Ode 35. vbi
Acr. & Porphyr.
c. 57.
In Galba c. 18.

nendum in Vrbe: vel quia omnia oracula sunt perple-
xa, adeo vt fors ipsa sæpe referenda sit ad sortes, vt
facundissime scribit Cicero. certe non solum Baccha-
nalianum sacrorum morem nouum institutum, cum ad
perniciosam vefaniam iretur, sublatum refert Valerius
Maximus; sed & Lutatium, qui Punicum bellum con-
fecit, a Senatu prohibitum esse sortes Fortunæ Præ-
nestinæ audire. Auspicijs enim patrijs non alienigenis
Remp. administrari optime iudicabant. Silius ita canit.

*Hinc Tibur Catille tuum, sacrisque dicatum
Fortuna Prænestæ iugis.*

Aedes autem pulcherrima fuit, seu Templum amplif-
simum, atque vetustissimum. alludit Iuuenalis lauda-
tus his verbis, de Centronio ædificante Tiburi, & Præ-
nestæ, ac vincente, vt ipse ait,

Fortuna atque Herculis ædem.

Quo loco videtis veterem scholiasten & Britannicum
fuisse hæc enarrantes. Fuit & multa religione incly-
tum, visebaturque vt miraculum. frequens enim
erat eo concursus vndique consulentium. Ibi sub ima-
gine duarum sororum Fortunam cultam sunt qui opi-
nentur, atque abs illis fusa oracula in fortibus a Nu-
merio illic sitis. vnde Statius in Tiburtino Manlij Vo-
pisci exclamat:

*Quod ni templa darent alias Tyrintia sortes,
Et Prænestinæ poterant migrare sorores.*

Id est Bona malaque Fortuna. Ibi Calderinus memo-
rat sortes Antiatinas, nam Antij quoque Fortunæ
templum fuit, auctore Tacito, sed Equestris. Hora-
tius hinc accinit:

O Diua gratum quæ regis Antium.

Et Suetonius in Caligula refert monuisse Antiatinas
sortes vt a Cassio caueret. Erat, & Tusculi e Suetonio
& Ferentano in oppido, atque in Algido e Liuiio; sed
& Cæ-

& Cæretum, Falerijs etiam e Plutarcho. afferiturque L. 1. Dec. 3.
in Fabio.
 illas geminas, atque simulacra earum moueri quoties
 dant responsa, vultque Martialem has intellexisse Epiqr. 1. 1. 5.
 cum pangit :

Seu tua veridica dicunt responsa sorores,

Plana suburbani qua cubat vnda freti.

Quamuis ad Prænestinas retorqueat Beroaldus. Ve-
 rum vnã tantum Antij laudat Horatius, duas Ma-
 crobius. *Vidimus, inquit, apud Antium Fortunarum* L. 1. c. 23. Satur.
simulacra promoueri ad responsa danda. Gemina, refert
 Ammianus, Fortuna, vti poetæ fingunt; quia sit alijs Lib. 27.
 prospera, alijs infauita. Senatus vterum Poppeæ com-
 mendauit Dijs, vtque Fortunarum effigies aureæ in
 folio Iouis Capitolini collocarentur decreuit, teste Lib. 15.
 Tacito. Fortunæ huic geminæ Templum in Exquilij
 locatum. Falsus Tacitus nullum Equestris Fortunæ Lib. 3.
 Templum Romæ fuisse censens, sicut erat Antij: eum-
 que iure Lipsius arguit. Equestris enim Fortunæ ad L. 3. c. 2.
 theatrum lapideum Vitruuius meminit. quamuis alij Al. Donat. Romæ.
l. 3. c. 22.
 Tacitum excusare conentur. Falsus Raderus ad Epi-
 grammata Martialis, laudans Strabonem lib. 1v. cum
 tantum lib. v. agat de Antio; nec ibi Fortunæ, sed
 Διοσκύρων Templum fuisse tradat. Sorores Prænesti-
 nas potius dictas sortes, quod ex eodem saxo perfimi-
 les eruperint simul, vti sorores eodem ventre progna-
 tæ, sunt qui sentiant. sic sororiare dicuntur mammæ
 puellarum cum primum tumescunt, & fraterculare,
 Festo auctore e Plauto in Fribularia. sic in Syria qua-
 tuor vrbes Antiochia, Seleucia, Apamea, & Laodicea
 ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, propter con-
 cordiã; seu quia fuerunt Σελεύκι τοῦ Νικατοροῦ κτίσματα,
 vt Strabo testatur. Statij quidem versus id videntur L. 16. Geogr.
 innuere. Vniuersim profecto Fortuna sortes regere
 credebatur; quia sortes erant, quæ manu mouerentur,

E siue

siue tesserae ducerentur ex vrna & tabellæ, siue taleæ mitterentur in alueolum, siue iacerentur in fontem, modo id fortuito, & casu fieret. Sed nobis sermo est de sortibus, quas puer mittebat in vrnam, mouebat, & ducebat. Parum tamen bello Ciuili Fortunam suis Prænestinis fauisse scribit Lucanus his versibus.

— — — Vidit Fortuna colonos

Prænestina suos vno simul ense recisos

Vnius populum pereuntem tempore mortis.

Ambigitur autem ex qua materia hæ fuerint sortes, quæue forma effingerentur. si Lipsium audiamus, sortes tabellæ, aut taleolæ, aut furculi e ligno fuere non grandes, quibus litteræ ad diuinandum insculptæ, siue notæ interdum quatuor, aut quinque verba. Eæ priuatim habitæ, eæ publice. sed quæ in publico in primis Religiosæ censebantur, & cana quadam vetustate sacræ: itaque sancte ac religiose in templis ipsis habebantur in arca reconditæ, & nisi fallor, tænijs vitisque laneis seorsum inuolutæ; hac de caussa locis Liuij, in quibus legimus, *Cære extenuatas sortes, & sortes sua sponte extenuatas*, ipse Lipsius legendum putat, *exteniatas*, nempe sponte euolutas, & exutas vittis; quasi Fortunæ ipsius manu sparsæ, atque iactæ fuissent. Eruditissimus Hieronymus Aleander iunior in Observationibus Humanis, quæ manuscriptæ in Barberina Bibliotheca seruantur, mauult retinere vocem, *extenuatas, & attenuatas*; legens apud Liuium: *Cære sortes extenuatas, & iterum; Cære, ubi sortes extenuatae erant, lectisternium imperatum.* & alibi: *Falerijs cælum fundi visum velut magno hiatu, quæque patuerit ingens lumen effulisse, sortes sua sponte extenuatas, unamq; excidisse ita scriptam: MAVORS TELVM SVVM CONCVTIT:* ex Plutarcho, apud quem hæc ita recensentur: τὸ δὲ ὑπὲρ Φαλαγγίους ἐρανῶν ῥαζῆνας δόξαντος

L. 2. Elect. c. 12.

L. 7. Dec. 3.

L. 2. Dec. 3.

In Fabio

ὁξάντος ἐκπίπτειν καὶ διασπείρειν πολλὰ γραμματῶνα,
 καὶ ταυτῶν ἐνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, ἄρης τὰ αὐτῶν
 ὄπλα σαλεύει. unde colligit ingeniose ac solerter, ex-
 tenuatas sortes fuisse siue attenuatas, non cum eua-
 nescerent, vt Gutherius interpretatur, seu quod im-
 minuerentur: puta cum forent crassitudinis quadran-
 talis, apparerent eductæ ex vrna vel cista vncialis tan-
 tum: verum cum non extractæ ex vrna vel cista sua
 sponte elaberentur, & dispergerentur: & proprium
 eius rei verbum fuisse attenuari, vel extenuari: quem-
 admodum & in alijs sacris verba quædam adeo pro-
 pria censebantur, ea vt mutari temere fas non esset.
 Sane proditum a nemine reperitur num furculi illi, li-
 gneæue tabellæ, quæ ad captandas sortes ducebantur,
 in arcam denuo conijcerentur: quod si id non fieret,
 haud absurde tenuari sortes dicebantur, quarum
 scilicet numerus in dies diminueretur, donec de in-
 tegro alijs furculis a sacrorum ministris arca replere-
 tur; si vero ductæ, elapsæue sortes statim reddeban-
 tur arcæ, attenuandi verbum ideo illa in re inductum
 videtur, quia lenia vocabula, & quæ mala omina auer-
 runcarent, adhiberi in sacris solebant, κατ' εὐφημισμὸν,
 vt obseruat Seruius. Hæc Aleander, qui addit: quod
 si quem huiusmodi exempla nihil mouent, is saltem
 inficiari non poterit, complures fuisse in sacris appella-
 tiones, quarum ratio in obscuro videtur esse. atque
 ideo lectionem in tribus Liuij locis, atque in Iulio Ob-
 sequente constantem sollicitare non audet. Ennium
 tamen a Varrone laudatum, & a Turnebo atque Sca-
 ligero interpolatum sic emendat.

L. 4. de Vet. Iur.
Pontific.

In Elog. 8.

Lib. de Prodig.

Lib. 6. de L. L.

Quæ caua ceruleo septo cortina recepit.

Caua cortina dicta quod est inter terram & coelum. Ad 6. Æncid.
 ad similitudinem cortinæ Apollinis, ea a sorte, quod
 inde sortes primum extenuatæ. Lipsio Ludouicus

E 2 Cerda,

L. 2. de Orac. &
Scrib. c. 1.

Cerda, & Iulius Cæsar Bulengerus assentiuntur, si-
gneasque faciunt sortes. quamquam Bulengerus ad-
iungat tabellas, aut taleolas fuisse. Equidem eas sor-
tes non tam furculos, aut taleolas, quam tabellas po-
tius, & quasi assulas, ac breues regulas fuisse dixerim.
Nam Cicero ait fuisse cæsas & dolatas; furculi autem
simplices rami, aut ramusculi sunt detracti ab arbore,
taleolæ vero frusta ligni præcisa, & ad serendum aspe-
ra. Quod si sortes his similes damus, dolatæ, aut
exæquatæ non fuissent, & minus capaces litterarum.
Sunt igitur potius tabellæ, ac regulæ breues, & ex
materia primum lignea, vt idem tradit Cicero: sed po-
stea ex alia solidiore fuisse quis dubitet? nam cum
vsus sortium propter superstitionem percrebuisset, multi
etiam priuatim eas domi asseruabant, vt futura diui-
narent, & quid esset agendum ex suo ipsi oraculo di-
scernerent. quare vt diuturniores essent, & corruptio-
nis expertes, non modo e ligno, sed ex ære, aut alio
metallo effictæ sunt. Γραμματεία Plutarcho sortes sunt,
quo nomine non solum tabellæ lignæ, in quibus scri-
bere solebant, sed quiduis aliud scripturæ capax &
litterarum significatur; cuiusmodi sunt æra, quibus
incisæ leges, plebiscita, Senatus consulta, & alia.
Cæterum his in tabellis aliquid notatum erat, aut
sculpta vel incisæ verba, quæ fere nihil ex se significa-
rent, sed ad mentem cõsulentis traducta, vel ad tem-
pus locumue accommodata prætendere aliquid vi-
debantur. Huiusmodi apud T. Liuium fors loco pro-
lato, quæ excidit circa initia Belli Punici: & illa in
templo Fortunæ Prænestinæ Alexandro Seuero e Vir-
gilio dicta, & superius allata. Erant olim apud Ful-
uium Vrsinum veteres duæ ex ære tabellæ, quæ nunc
in ditissimis Farnesianis cimelijs asseruantur, vt scri-
bit Aleander, nescio an ad huiusmodi sortes, an ad
alia

Ex Museo Ill^{mo} D. Abbatis Cassiani de Puteo

QURRPETIS. POSTEMPVS. CONSILI
QUOD ROCAS. NON. EST VUM

DE. VERO FALSA. NE. FIA NT
IVDICE FALSO

CONRIGI VIX TANDEM. QUOD TU3
CVRVUM. EST. FACTVM REDE TU3

IVBEO EI. ET. IS. SI FECERIT
GAVDEBIT SEMPER

DE VERO FACTO. WE. FIANT
INDICE FACTO
CORRIGI VIX TANDEN QVOD
QVAM EST FACTVM REDE
INBOE ET IN FICERIT
GAVDEBIT SEMPER

alia oraculorum responsa pertinentes . in altera hæc scripta sunt . LAETVS LVBENS PETITO QVOD DABITVR GAUDEBIS SEMPER . In altera hæc leguntur . NVNC ME ROGITAS NVNC CONSVLIS TEMPVS HABVIT IAM . Ad hæc sortes referenda sunt verba tabellis inferius exhibitis appofita : illæ vero nuperrime Romæ fuerūt inuentæ æneæ . quas amicus , & doctus antiquarius Claudius Metri-er delineavit .

antiquitatis Claudius Metri-er
dum e regulis atque geminis
expromptæ : quæ luben-
tissime hic expri-
mi curavi .

Tab. 1.
Tab. 2.
Tab. 3.
Tab. 4.
Tab. 5.
Tab. 6.
Tab. 7.
Tab. 8.
Tab. 9.
Tab. 10.

Ho- E 3 Tor

Torrentius in Suetonium numisma profert, in quo
Sors inscripta inculptaque visitur; cuius en ectypon.



Lib. 5.


L. 1. c. 13. Gen.
dier. Embl. 98.
Imag. Deor. l. 3.
L. 1. aduers. Sym-
mach.
In Imag. Deor.
p. 315.
Iconolog. par. 1.

Puer fortes in urnas coniectas mouebat, sed inter-
dum Fortunæ voce responsa dabantur. Oraculum
enim erat, vt Strabo testatur: Πραίνεσος δ' ἴσιν ὄνειδος
Τύχης ἰσθὸν ἱερὸν ἱερὸν ἄστυον ἄστυον. Præneste est ubi Fortu-
næ templum insigne oracula fundens. De imagine For-
tunæ, quæ Dea priscis habita, cultaque, & cæca de-
picta rotæque infidens cum clauo, Alexander ab Ale-
xandro, Andreas Alciatus, Vincentius Cartarius,
Verderius, Ripa, Prudentius, & in eum VVeitzius e
Pausania multa referunt. Fortunæ varias effigies,
& diuersa cognomina e statuis nummisq. col-
lecta mihi exhibuit indagator acerrimus
antiquitatis Claudius Menetrier,
quin e tegulis atque gemmis
exprompta; quæ luben-
tissime hic expri-
mi curauit.

* *
* *


101 E 3

Ho-









Homerus Fortunam Oceani filiam in hymno ad Cere-
 rerē fecit, teste Pausania: quamuis hymnus, qui exstat L. 4. Messen.
 in Δίμντραν, tres tantum contineat versus, in quibus
 nihil de Fortuna legitur: vnde suspicor illum esse mu-
 tilatum, & μέτρον. legitur quidem hymnus inter illos,
 qui Orpheo adscribuntur, inscriptus Fortunæ. & Ce-
 bes in Πίνακι depingit illam cæcam, insanam, surdam,
 lapidi rotundo, atque volubili insistentem. Bupalus
 delubris ædificandis, & simulacris fingēdis admodum
 solers, cum Smyrnæis Fortunæ signum omnium, quos
 ipsi ex antiquitatis monumentis cognouerimus pri-
 mus estruxisset, capiti polum imposuit, altera vero
 manu Amaltheæ quod Græci appellant Cornu te-
 nentem fecit. ad hunc ille modum Fortunæ munera
 declarauit, mandauit post hunc & alia de Fortuna
 versibus Pindarus, & eam Pherepholin, quod est ac-
 si dixeris, Ciuitatum tutricem appellauit. Hæc Pau- L. 7. Achæc.
 sanias, qui alibi memorat se in Aegiræ ædicula con-
 spicatum esse Fortunæ signum Amaltheæ cornu præ
 se gerens, cui adsistit volucer Cupido. facileque sibi
 persuaderi a Pindaro, vnam esse Parcarum Fortunam;
 eamque potestate sororibus antecellere. Certe Pin-
 darus Fortunam inuocat Iouis filiam. Cæterum For- Olymp Ode 22.
 tunam pingi cum cornu pomis, ficis, aut frugibus au-
 tumnalibus pleno tradit quoque Arnobius. In num-
 mis clauus, seu gubernaculum Fortunæ manu tene-
 tur; quia res humanas ipsam regere, atque moderari
 antiquorum vulgus opinabatur. alij pilam, alij cylin-
 drum, rotam quidam supposuerunt. sunt qui medio
 in mari velificantem expresse-
 rint, vt eius leuitatem, &
 instabilitatem significarent. Eam Romani præcipue
 venerati sunt, eiusque auream statuam in cubiculis
 asseruabant Imperatores. plurima illi templa totam
 per Urbem extructa, cognomina varia imposita. At
 nos

L. 1. Retr. c. 1. & 3. nos cum Sancto Aūgustino Fortunam nullam agnos-
L. 1. c. 1. & 3. scimus, sed rerum omnes euentus ad diuinam prouidentiam reuocamus, & referimus, cuius nuru omnia vere gubernantur. vetanturq. superstitiones sortium in Concilio Venetico, quod an. CCCCLIIII. in Armerica habitum, & in Synodo Agathen. & passim apud
C. vlt. c. 23. 26. q. 1. & 5. Gratianum. Si plura de sortibus requiras, adi Picum iuniorem de prænotione sortium, vbi earum genera
In 6. de stud. milit. multa enarrat, & confutat; Naudæum virum omnigenæ lectionis, & eruditionis multimodæ, qui de Prænestinis sortibus differit; Iacobum Spiegelium in hocce versus Richardi Bartholini:

L. 1. Auftriad.

————— *Prænestinaeque sorores*

Fatidicam Aeci liquerunt hospitis urbem.

L. 3. Synt. 16. hist. Deor.

Consule præterea Iulium Gyraldum, qui refert antiquum istud Epigramma, quod tum legebatur.

TV. QVAE. TARPEO. COLERIS. VICINA TONANTI
 VOTORVM. VINDEX. SEMPER. FORTVNA. MEORVM
 ACCIPE. QVAE. PIETAS. PONIT. TIBI. DONA. MERENTI
 EFFIGIEM. NOSTRI. CONSERVATVRA. PARENTIS
 QVIVS. NE. CAVEAT. MEMORANDVM. LITTERA. NOMEN
 CAESIVS. HIC. IDEMQVE. TITVS. PRIMVSQVE. VOCATVR
 QVI. LARGE. CERERIS. MESSES. FRVCTVSQVE. RENATOS
 DIGERIT. IN. PRETIVM. CVI. CONSTAT. FAMA. FIDESQVE
 ET. QVI. DIVITIAS. VINCIT. PVDOR. IRE. PER. ALTOS
 CONSVETVS. PORTVS. CVRA. STVDIOQVE. LABORIS
 LITTORA. QVI. PRAESTANT. FESSIS. TVTISSIMA. NAVTIS
 NOTVS. IN. VRBE. SACRA. NOTVS. QVOQVE. FINIBVS. ILLIS
 QVOS. VMBER. SVLCARE. SOLET. QVOS. TVSCVS. ARATOR
 QVINTIVS. HIC. ANNIS. VOTORVM. MORE. SVORVM
 CENTENAS. ADICIT. NVMERO. CRESCENTE. CORONAS
 FORTVNAE. SIMVLACRA. COLENS. ET. APOLLINIS. ARAS
 ARCANVMQVE. IOVEM. QVORVM. CONSENTIT. IN. ILLO
 MAIESTAS. LONGAE. PROMITTENS. TEMPORA. VITAE
 ACCIPE. POSTERITAS. QVOD. POST. TVA. SAECVLA. NARRES
 TAVRINVS. CHARI. IVSSVS. PIETATE. PARENTIS
 HOC. POSVIT. DONVM. QVOD. NEC. SENTENTIA. MORTIS
 VINCERE. NEC. PÖTERIT. FATORVM. SVMMA. POTESTAS
 SED. POPVLI. SALVO. SEMPER. RVMORE. MANEBIT

Extat

Exstat etiam num incisum Basi hoc poematum caractere perexiguo in palatio Principis Præneste; illudq; retulere Mazochius in Epigrammatis Urbis antiquæ, Boissardus Antiquitatum Romanarū parte vr. Gruterus in antiquis Inscriptionibus, Leander Albertus in Descriptione Italiae, Reusnerus in Italia, Schottus in Itinerario Italico. Legitur etiam inter Epigrammata vetera, videturque scriptum ævo Valentiniani, aut Gratiani: necdum enim exoleuerat Fortunæ cultus, vt e Symmacho liquet. Ad illum cultum pertinent & hæ Inscriptiones Prænestæ a me ex cippis & tabulis lapideis exscriptæ, vel ab alijs antea obseruatæ.

In Hortis.

FORTVNAE. PRIMIGENIAE
MARCIVS. TELESFORVS
VOTVM. SOLVIT.

In Cæmeterio.

PIETATI
FORTVNAE. PRIMIGENIAE
VOTIS. SVSCEPTIS
SALVIS. AVGVSTIS
M. AVRELIO. ANTONINO. ET
L. AELIO. AVRELIO
FORTVNATVS. VERNA
DISP. EORVM
AVRELIA. RESTITVTA. LIB.
L. D. D. D. D. L.

F E Gru-

E Grutero.

L. DOMITIO
 AGATHEMER.
 PARIDI
 LIB. AVGVST. VI.
 CAESARIS
 ARGENTAR
 COACTORI
 L. DOMITIVS
 EPICTETVS
 ET. CVRTIA
 EVPHRANTIS
 FORTVNAE
 PRIMIGENIAE
 D. D.
 L. D. D. D.

Famofus ille Paris
 cuius Iuuenalis
 meminit.

Ex eodem.

FORTVNAE
 IOVIS. PVERI
 PRIMIGENIAE
 D. D.
 EX. SORTE. COMPOS.
 FACTVS
 NOTHVVS. RVFICANAE
 L. F. PLOTILLAE.

E Grutero.

OPI. DIVINAE. ET. FORTVNAE
 PRIMOGENIAE. SACR.
 IMP. CAESAR. HELVII
 PERTINACIS. AVGVSTI
 V. D. D.
 T. CAESIVS. T. F. HERODES.

In

In Vinea quadam sub mœnibus ad portam, qua Romam itur, Pyrrhus Ligorius Neapolitanus vidit, & excripsit anno MDXLV.

E Grutero.

VENERI. ET
FORTVNAE. PRIMIGENIAE
SACR.
L. CALVIUS. L. F. FAL.
VARIUS
AR. ET. CVPIDINES. II.
D. D.
L. D. D. D.

Ex eodem.

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
L. RVFINVS
AEDIL. CVRVL.
V. S.

Item.

FORTVN.
PRIMIG.
L. ARLENO
ADLECTO

Item.

D. FORTVNAE. PRIMIGENIAE
C. VALERIO C. F. MEN.
DOLVTIO. MARTIANO
VI VIR. AVG. DEC.
OMNIBVS
HONORIBVS
CVRIIS. MVNERIBVS
FVNCTO
VESTRIA
SATVRNINA
PATRI
L. D. D. D.

F 2 In

In Basi in Episcopio è Grutero.

FORTVNAE . PRIMIG.
SIGNVM . AEQVI-
TATIS . NIGRINIA
AVXESIS . CVM.
FELICE . AVG . LIB . ET
SVIS . D . D . D . D .

Ibidem .

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
TI . CLAVDIVS
THERMODON . ET
METIA . M . F .
LOCHIAS . EIVS
SIMVLACRA . DVO
SPEI
COROLETICA . D . D .

Item .

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
Q . LOLLI . APOLLOPHANES
PATER . ET . FILIVS . ET
ALIA . ARCHELAIS
VOTO . SVSCEPTO . L . S .

Mazochius p. 93. Romæ collocat in regione Parionis
in S. Agnete, fortassis illuc aduectum Præneste.

Et

FORTVNAE . PRIMIGENIAE
SIGNVM . LIBERI . PATRIS
PANTHEI . CVM . SVIS . PAREGIS
ET . CVPIDINE 8 . II . CVM . SVIS . LVCNVCHIS
ET . LVCERNA . LARVM
M . POPILIVS . M . F . TROPHIMVS . CVM
POPILIA . CHRESTE . LIB . ET . ATILIO . FILIO .

In

al : 3

In latere huius Inscriptionis

DEDICATVM . IV . ID . AVG .
 IMP . COMMODO . II .
 ET . AVRELIO . VER .
 II . COS .

Et

FORTVNAE
 PRIMIGENIAE
 VOTO . SVSCEPTO
 VALERIA
 TRYPHOSA
 L . D . D . D . D .

E Grutero ante Urbem Praenestæ ad facellum; quod ^{p. 170.}
 est prope Castellum aquarum.

FORTVNAE . SANCTAE
 ATINIA . TYRANNIS
 SEMINARIA . A . PORTA
 TRIVMPHALE
 TARENTIVS . FORTVNATVS
 VIR . CLARISSIMVS
 CVI . GRATIAS . MAXIMAS
 SEMPER . EGI
 CVM
 TARENTIA . FAVSTINA
 FILIA
 DONVM . DEDIT
 L . D . D . D . D .

Hanc Inscriptionem retulerunt Panuinius in Roma,
 & ex illo Bosius in Roma subterranea .

Ex

46 PRÆNESTES ANTIQVÆ

Ex Grutero p. c. lxxvi. in ara marmorea.

IOVI. O. M. ET

FORTVNAE. PRIMIG.

V. S. A. L.

L. PRIMIGENIVS

CVM

FIL. TORQVATO

D. D.

Et in S. Hieronymi.

FORTVNAE. SANCTAE

ATINIA. TVDANINA.

Et in Basi ad Ecclesiam Cathedralē.

C. APPVLEIO. DIOCLI. AGITATORI

PRIMAE. FACTIONIS. RVSSATAE

NATIONE. HISPANO

FORTVNAE. PRIMIGENIAE

D. D.

C. APPVLEIVS. NYMPHIDIANVS

ET. NYMPHIDIA. FILII.

Ex columella in Burgo Gruterus hanc refert p. 57.

L. ANTISTIVS

C. F. AEMIL. VETVS

AVGVR.

FORTVNAE. PRIMIG.

EX. VOTO. SVSCEPTO

Et in Hortis.

FORTVNAE. PRIMIGENIAE

IOVI. PVERO

EX. TESTAMENTO

TREBONIAE

SYMPHERVSAE

ANNIVS. HERMA

HERES

L. D. D. D.

Paſ-

Passimque in fragmentis lapidum FORTVNAE PRIMIGENIAE vota perfoluta leguntur. M. Claudio Marcello, & C. Sulpitio Gallo Coss. siue anno Urbis conditæ DLXXXVII. Rex Bithyniæ Romam venit cum filio Nicomede, a Senatu petijt inter alia, vt votum sibi soluere Romæ in Capitolio decem maiores hostias, & Præneste vnâ Fortunæ liceret; & vota pro victoria Populi Romani de Perseo Rege Macedoniae esse. vt victimæ, aliaque quæ ad sacrificium pertinerent, seu Romæ, seu Præneste immolare vellet, Regi ex publico, sicut Magistratibus Romanis præberentur decretum fuit; vt T. Liuius tradit. For-^{L. 45. c. 44.} tunæ templum a Sylla positum vult Nic. Reusnerus^{Ital. l. 2. c. 58.} sumptu maximo, in quo simulacrum eius fidelissime inauratum fuisse Plinius scribit: a cuius operis præstantia inaurationes, siue bractæ crassissimæ dictæ sunt. Plinij verba hæc sunt: *Nec aliud (auro) laxius*^{L. 33. Hist. Nat. c. 3.} *dilatatur, aut numerosius diuiditur: utpote cuius uncia in septuagenas, & quinquagenas, pluresque bractæ quaternum utroque digitorum spargantur. Crassissimæ ex his Prænestinae vocantur: etiamnum retinentes nomen, Fortunæ inaurato ibi fidelissime simulacro. hinc fortasse bractæata Felicitas dicta est.*

De Fortunæ Templo.

CAPVT XV.



ETVSTIVS Prænestinae Fortunæ Templum ipso Sylla fuisse certissimum est, & constat clarissime. *Lithostrota quidem captiuere iam sub Sylla (teste Plinio) paruulis*^{L. 36. c. 25.} *certe crustis, exstat hodieque (ait) quod in Fortunæ delubro Præneste fecit. Sed & huius nostris temporibus*
pars


In Etymolog.

pars aliqua spectanda, simulque admiranda remanet in crypta quadam, quæ ad inferiores cellas ædium, Episcopi abscondita est. Illius fragmenta collegit, & delineari iussit Eminentiss. Card. FRANCISCVS BARBERINVS Antiquitatis vindex, non tantum de nostro ævo, verum etiam de superioribus sæculis optime meritus non vno nomine. typis subijcere libet ea expressa. Celebre fuisse hoc Fortunæ sanum Lithostroto, id est, opere composito e crustis paruulis artificiose tinctis in varios colores conspicuum Fungus obseruat. Fortunæ statua, seu signum vestitum plicatili seu rugata veste multis sinibus, seu lacinijs plexa e cinereo lapide, qui attritus manibus odorem emittit sulphuris, priscis sæculis medio fere in templo situm, oraculis nobile, maximeque concelebratum erat. inde sortes expetitæ, illic votiui confestim positi lapides, cuiusmodi dispersos haud quidem paucos in Prænestinis vijs, agrisque legimus, vbi & epigrammata concinna, & alia complura suspicienda, antiquitatis vestigia iacent. Templum, seu templum, potius stupendæ molis omne ferè hodiernæ Ciuitatis occupabant spatium. apposita namque monti deuexis inferioribus partibus, ascensum compositis distinctum arcibus duodecim exhibebant; erectis ad eas per amplis ædibus, diuersis scalarum ordinibus parietibus in vnum beneque elatum prospectum cingentibus multiplici porticu, teatro columnis distincto, cauedio, arcibus spectandis, fontibus, lacusculis, viridarijs. Excisus erat ipse mons, & pluribus quasi planis gradibus sectus in Templi cõscensum: excavatus medio in monte aquæductus piscinas, seu potius lacus in ipso Fortunæ templo constituebat. cortina Templi eminebat in apice, vbi nunc Palatium Principis: incoque summo excitabantur ignes accensis facibus, quæ

quæ nauigantibus etiam in ipso mari noctu religiose
 inspectæ prælucebant; vt inuocandum ipsis Fortunæ
 numen admonerent. Aedificium istud insanum atque
 immane abs inferioribus facellis assurgit quatuor qua-
 dratis molibus, aliarum quarumdam gradibus quasi
 adiectis ad summam vsque in vertice positam obro-
 tundæ in tholum erectionis. Hæc Excellentissimus &
 eruditissimus ille Cæsius Sancti Angeli Princeps in
 Aduersarijs, quæ nobis fides ipsius Acathe, & doctus
 Stellutius perhumaniter præbuit. Idē mox addit: Am-
 plissimi huius ædificij breuiuscula, & superficie tenus
 quædam delineatio nullo pacto à nobis satis elegan-
 ter describi potest, sicut nec vobis non spectanda eius
 scenographica facies: siquidem & ipsi sæpiuscule ve-
 stigijs eius institimus, rimatique sumus insignes illas
 reliquias, cum Prænestæ commoraremur nuptiarum
 causa, vxorem Artemisiam Columnam Principis fi-
 liam ducentes, & ab Architecturæ haud imperito vi-
 ro, & in similibus parietinis peruestigandis sagaci de-
 signationem multo tempore, magnaque cura elabora-
 tam exquisiimus, quam hic appingere libuit. Supe-
 riorum Templi partium satis quidem plena testimo-
 nia in soceri palatio ipsi vidimus, exstantem adhuc
 cum scalis theatri speciem, plateæque situm, inferio-
 rum facellorū quatuor ruinas propè ciuitatis mænia,
 & reliqua apte congruere, quæ medijs in partibus,
 quamuis minus exstantia notantur: ex quibus cryptæ
 Lithostroto pavimento exornatæ locum in columnati
 Cauædij latere comperies. difficillimum autem esse
 quæcūque quomodo fuerint adamussim recognoscere
 omnino cēseas, si quæ sunt ipsa & prostant vix affatim
 comprehendere atque intelligere potueris. Extantis
 modo Lithostroti exemplum habeas, cuius occasione
 Prænestinæ ipsius Fortunæ habuisti. In eo multa qui-


G dem


dem perspicienda sunt, quæ lapillorum interrasis miraculis, crustulisque intercisus superstitione sedulitate, summoque otij dispendio conficta apparent. Loco in ipso nonnisi accensis facibus, superaffusaque ad perspicuitatem aqua, & sæpe iterata insperione peruidere, depingereque licuit. Sunt hominum, animaliumque complures imagines; Elephas, Rhinoceros, nomina litteris quibusdam peculiaribus exscripta. sunt & in aquis nauigia, quæ sigillatim summa cum diligentia depicta apud doctrina simul ac nobilitate præclarum Equitem Casianum de Puteo Lynceum collegam nostrum spectare poteris. Inspectis subsiste nauibus. si quid aliud Fortunæ Imperio subiacere (illis nempe qui Fortunam colebant) hæ maxime videri poterant. Nauibus quippe quid magis immineat, quam Fortuna, vel Infortunium, non facile quis existimauerit. fluctuans, labilis, irrequieta Fortuna ipsis similis fluctibus medio in agmine residet fluctuum. *Sola (Plinio auctore) inuocatur, vel ipsis conuitijs colitur. concludentem audias, lepida comparatione: huic omnia accepta, huic omnia expensa ferri, & in tota ratione mortalium solam utramque paginam facere.* Illius temporis homines in artibus versati magis, vel, si mauius versuti, vt bene in patris facinoribus inuidiam, in male vero gestis reprehensionem effugerent, omnia in Fortunam referebant. ita Romulus, Cæsar, Timoleon; ita Sylla, qui Prænestina Templum vel plurima ex parte constituit. Utinam hæc profus auerruncata nostris temporibus esset superstitio, nec fortes ac Fortunæ quandoque clariorum verbis intermiscerentur, quod sæpicule contingere solet. *Destrueta templa Fortunæ Antij, & Prænestæ sunt. Prænestinum Romana in magnitudine nulli secundum ex ruinis spectasse haud displiceat, Lithostroti gratia, si*
ab




ICHNOCGRAPHIA TEMPLI FORTVNAE PRAENESTAE.

J. J. B. DE WIT






ORTHOGRAPHIA TEMPLI FORTVNÆ PRÆNESTÆ.



IV. PLAN DE LA VILLE DE PADERBORN. V.

GEORGIUS EMILIO VON DER LINDEN



- A. ILLA PRÆNESTINA
- B. VILLA CÆSTRINÆ
- C. VILLA SYMACHÆ
- D. PONTE S. ANTONII CÆSTRINÆ
- E. CURIA SIVE ORACULUM FORTUNE
- F. SÆCULA SIVE CURIA CURTIÆ
- G. CÆSTRINÆ SIVE INTERDUALIS
- H. ILLÆ SÆCULÆ HINC CORNELII
- I. SÆCULUM SIVE CÆSTRINÆ SIVE
- K. SÆCULA FORTUNÆ SIVE ALIÆ
- L. CÆSTRINÆ SIVE VILLAGI CÆSTRINÆ
- M. PÆCINA SIVE SIVE LAURIA SIVE
- N. CURIA SIVE SIVE SIVE SIVE
- O. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE
- P. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE
- Q. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE
- R. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE
- S. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE
- T. SIVE SIVE SIVE SIVE SIVE



ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO PRINCIPI
 MATHÆO BARBERINO
 PRINCIPI PRÆNESTINÆ ERÆTI, ETC.
 Hec ædificia delineavit
 DOMINGUS CASTELLUS D. D. C.

SCIOGRAPHIA TEMPLI FORTUNE PRÆNESTINÆ



The first part of the work is a general description of the human body, and is divided into four books. The second part is a description of the diseases of the human body, and is divided into three books. The third part is a description of the medicines used in the treatment of diseases, and is divided into two books. The fourth part is a description of the surgical operations performed on the human body, and is divided into two books. The fifth part is a description of the anatomical structures of the human body, and is divided into two books. The sixth part is a description of the physiology of the human body, and is divided into two books. The seventh part is a description of the pathology of the human body, and is divided into two books. The eighth part is a description of the therapeutics of the human body, and is divided into two books. The ninth part is a description of the dietetics of the human body, and is divided into two books. The tenth part is a description of the gymnastics of the human body, and is divided into two books. The eleventh part is a description of the hygiene of the human body, and is divided into two books. The twelfth part is a description of the forensic medicine of the human body, and is divided into two books. The thirteenth part is a description of the medical jurisprudence of the human body, and is divided into two books. The fourteenth part is a description of the medical history of the human body, and is divided into two books. The fifteenth part is a description of the medical philosophy of the human body, and is divided into two books. The sixteenth part is a description of the medical ethics of the human body, and is divided into two books. The seventeenth part is a description of the medical politics of the human body, and is divided into two books. The eighteenth part is a description of the medical economics of the human body, and is divided into two books. The nineteenth part is a description of the medical law of the human body, and is divided into two books. The twentieth part is a description of the medical sociology of the human body, and is divided into two books. The twenty-first part is a description of the medical psychology of the human body, and is divided into two books. The twenty-second part is a description of the medical anthropology of the human body, and is divided into two books. The twenty-third part is a description of the medical ethnology of the human body, and is divided into two books. The twenty-fourth part is a description of the medical linguistics of the human body, and is divided into two books. The twenty-fifth part is a description of the medical philology of the human body, and is divided into two books. The twenty-sixth part is a description of the medical poetics of the human body, and is divided into two books. The twenty-seventh part is a description of the medical rhetoric of the human body, and is divided into two books. The twenty-eighth part is a description of the medical logic of the human body, and is divided into two books. The twenty-ninth part is a description of the medical metaphysics of the human body, and is divided into two books. The thirtieth part is a description of the medical natural philosophy of the human body, and is divided into two books. The thirty-first part is a description of the medical natural history of the human body, and is divided into two books. The thirty-second part is a description of the medical natural theology of the human body, and is divided into two books. The thirty-third part is a description of the medical natural law of the human body, and is divided into two books. The thirty-fourth part is a description of the medical natural rights of the human body, and is divided into two books. The thirty-fifth part is a description of the medical natural justice of the human body, and is divided into two books. The thirty-sixth part is a description of the medical natural equity of the human body, and is divided into two books. The thirty-seventh part is a description of the medical natural liberty of the human body, and is divided into two books. The thirty-eighth part is a description of the medical natural property of the human body, and is divided into two books. The thirty-ninth part is a description of the medical natural industry of the human body, and is divided into two books. The fortieth part is a description of the medical natural commerce of the human body, and is divided into two books. The forty-first part is a description of the medical natural agriculture of the human body, and is divided into two books. The forty-second part is a description of the medical natural arts and crafts of the human body, and is divided into two books. The forty-third part is a description of the medical natural sciences of the human body, and is divided into two books. The forty-fourth part is a description of the medical natural letters of the human body, and is divided into two books. The forty-fifth part is a description of the medical natural philosophy of the human body, and is divided into two books. The forty-sixth part is a description of the medical natural history of the human body, and is divided into two books. The forty-seventh part is a description of the medical natural theology of the human body, and is divided into two books. The forty-eighth part is a description of the medical natural law of the human body, and is divided into two books. The forty-ninth part is a description of the medical natural rights of the human body, and is divided into two books. The fiftieth part is a description of the medical natural justice of the human body, and is divided into two books.

ab inanibus picturis ad leuiora Fortunæ diuertimus; fructusque inde vtinam sit, vt sincera pietate simulacra quæcunque, atque simulationes prætereamus, & Fortunæ imperia, quæ adhuc apud complures vigent, cupiditatum apud nosmetipsos moderatione, prudentiumque actionum regula, exturbata demolitaque prorsus sint; nostraque nedum in mente, sed nec in verbis reliqui Fortunæ tituli nullatenus imposterum remaneant. Hactenus Princeps Cæsius. cuius e pia, veraque Parænesi oculos, & animum conuertamus ad Ichnographiam, & ad effigiem Templi, quas Eminētissimi Cardinalis FRANCISCI BARBERINI munificentia typis expressas subiicimus, cum votiuis simulacris.

De Serapide, eiusque Templo.

CAPVT XVI.



NEQVE solum Fortunæ templum fuit Prænestæ. Nam in Annuntiatae circum vas aquæ iustralis legitur hæc inscriptio:

Γ. ΒΑΛΕΡΙΟΣ. ΕΡΜΑΙΣΚΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕΝ. ΣΑΡΑΠΕΙΟΝ. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΤΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. At alia ex parte: DOMVS. C. VALERI. HERMAISCI. TEMPLVM. SARAPIS. SCHOLA. FAVSTINIANA. FECIT. VALERIVS. HERMAISCVS. DEDIC. IDIB. DEC. BARBARO. ET. REGVLO. COSS. Quos Coss. Barbatum, & Regulum vocat, atque locat ad annum Urbis conditæ DCCCX. e Cassiodoro, Fastis Græcis, & Cuspiniani libro Panuinius in Commentarijs ad Fastos, qui præterea nihil de his compertum habere se fatetur. Nescio, an idem an aliquis eius gentilis sit,

G 2 qui



CHNOGRAPHIAM Tēpli Fortuna, quod olim Præneste ambitioso adurgebat opere, Iulianus Fianbestus Francisci filius, cui sui nobilissimus Architectus, cui a S. Gallo cognomen fuit, calamo delinearat, & illam spectare

licet in Codice vetusto, qui asservatur penes Eminentissimum Cardinalem Iulium Sacchettiū, quem uti virtutum omnium exemplar merito boni omnes suspiciunt.

Excuderat Antuerpiæ Sacellum Fortunæ semirutum, ac simulacra cum Templi ruinis, sed & erectum Obeliscum è regione Philippus Gallæus inuentore Henrico Cluense. Excellentiss. Princeps Sancti Angeli Federicus Cæsius sicuti Lithostrophi Syllani duo fragmenta, ita Orthographiam Templi Fortunæ incidi æri curauerat, sed non successit pro voto conatus, quia forsitan minus accuratum, neque satis peritum nactus erat Architectum, quippe qui mensuras parum diligenter obseruauit, nec ad iustam symmetriam opus exegit.

Eminentissimus igitur Cardinalis Franciscus Barberinus illud re demum, suisque numeris omnibus perfecturus, Prænesten deduxit Petrum Berretinum Cortonensem, qui priscis celeberrimis Architectis haud impar (sic enim eloquor, ut amici modestiæ parcam) ætate nostra etiam in arte picturæ principatum tenet. Hic verò, ut acri pollet ingenio, & superscriptum Card. Franciscum Mæcanatem venerabundus amat, lapides omnes è tam immanis, tamquæ insani ædificij strage (ut ita dicam) superstites multo cum labore ad circi-

ci-

cinum, regulamque dimensus, & vel minima-
quæque parietinarum lapsantium vestigia so-
llicitè persequutus (quando semper affectionis
comes est industria teste Vegetio de re militari)
Fortunæ Templum euersum, & iniuria tempo-
rum, varijsquè casibus labefactatum adamussim
instaurauit, adeò, vt id reedificare visus sit, atque
in integrum penitus restituere.

En itaque hisce tribus in tabulis non Ichno-
graphiam tantùm, verùm Orthographiam anti-
qui Templi Fortunæ, quod Præneste visebatur.
Eas autem cura ductu, atque industria Petri
Berrettini Cortonenfis expressit typis ingeniosus
Architectus Dominicus Castellus ex aula Emi-
nentissimi Cardinalis Barberini -



ab inanibus picturis ad leuiora Fortunæ diuertimus; fructusque inde utinam sit, ut sincera pietate simulacra quæcunque, atque simulationes prætereamus, & Fortunæ imperia, quæ adhuc apud complures vigent, cupiditatum apud nosmetipsos moderatione, prudentiumque actionum regula, exturbata demolitaque prorsus sint; nostraque nedum in mente, sed nec in verbis reliqui Fortunæ tituli nullatenus imposterum remaneant. Hactenus Princeps Cæsius. cuius e pia, veraque Parænesi oculos, & animum conuertamus ad Ichnographiam, & ad effigiem Templi, quas Eminētissimi Cardinalis FRANCISCI BARBERINI munificentia typis expressas subijcimus, cum votiuis simulacris.

De Serapide, eiusque Templo.

CAPVT XVI.



NEQUE solum Fortunæ templum fuit Prænestæ. Nam in Annuntiatae circum vas aquæ iustralis legitur hæc inscriptio:

Γ. ΒΑΛΕΡΙΟΣ. ΕΡΜΑΙΣΚΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕΝ. ΣΑΡΑΠΕΙΟΝ. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΤΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. At alia ex parte: DOMVS. C. VALERI. HERMAISCI. TEMPLVM. SARAPIS. SCHOLA. FAVSTINIANA. FECIT. VALERIVS. HERMAISCVS. DEDIC. IDIB. DEC. BARBARO. ET. REGVLO. COSS. Quos Coss. Barbatum, & Regulum vocat, atque locat ad annum Urbis conditæ DCCCX. e Cassiodoro, Fastis Græcis, & Cuspiniani libro Panuinius in Commentarijs ad Fastos, qui præterea nihil de his compertum habere se fatetur. Nescio, an idem an aliquis eius gentilis sit,

G 2 qui

qui in alio lapide apud Gruterum commemoratur.
C. VALERIVS. HERMIAS. ET. FLAVIA. IVSTINA.
Sed quod Prænestinam inscriptionem attinet, per-

Par. v. Ant. Rom.

arcu prope Theatinos. CTNΘPONOIS. TON. EN
AIGYPTΩ. ΘEΩN. MOYAPIOS. AΠOΛΛONIOΣ
ΠPOΦHTHΣ. Et in columella apud Marium Del-

phinum. ΔΗ. ΗΑΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. Et in
hortis Iulij III. portentosa videtur effigies cum litte-

Part. v. 2.

ris supra: ΘEΟΙ. ΑΔΕΛΦΟΙ. Et infra, CTNΘPONOIS
TOIC. EN. AIGYPTΩ. ΘEΟIC. ICΙΑC. APXIEPEYC
ANEO. Eius quia CTNΘPONOYΣ Deos continet,
delineationem operæpretium duxi proferre. Ad scho-
lam Prænestinā spectare videtur Inscriptio, quæ isthic
visitur penes Philippum de Torgolis, auunculum
solertissimi, & amicissimi Agapiti Colorsi Prænesti-
ni, qui per Virtutis templum ad Honoris ædem gra-
ditur in Eminentissimi Cardinalis FRANCISCI
BARBERINI nunquam satis laudati comitatu,
& a Grutero relata fuit.

2. 57.

..... S. PVBLICA. EX. D. D. IN. HON.
..... NIFICENTIÆ. INSTEI. T. F. PVP.
..... TR. PL. PR. COS. LEG. CONSVLARIS. PROV.
... SIS. EIVS. AC. FRATRIS. FILIIQ. ET. VXORIS.
... TVM. TABVLIS. HOSPITALIBVS. TRANSFERRI.
... L. ANTE. CVRIAM. VEL. IN. PORTICIBVS. FORI.
... CAVERAT. SCHOLAM. HANC. DICAVIT.

SARAPION interpretatur lapis ipse *Serapidis tem-
plum*. Serapium quidem Alexandriae fuit ab Alexan-
dro Macedone constructum, templum maximum &
splendidissimum, in eoque celeberrima Ptolemæi
Philadelphi regis Aegypti Bibliotheca servabatur,
Ammiano teste. Sinopitam Iouem, de quo Diony-
sius Afer in perigesi, & Eustathius eius scholiastes

Lib. 22.

agit,

agit, eum esse, quem Plutarchus Plutonem, seu Serapidem vocat, & cuius Colossus Ptolemæi Soteris iussu e Sinope Alexandriam deportatus est, (nam & Pluto Ζεύς dictus, & Sarapis fuit, auctore Iuliano Augusto) obseruauit etiam Lud. Carrio: siue quasi Saraphim, voce ab Hebræo detorta; siue quasi Σορὸς Ἀπίς, id est, Apis sepulcrum; siue quasi Saræ pronepos. Rex Aegypti alijs, qui, dum viueret, dicebatur Apis, post mortem primo Sorapis, aut Sorapis, deinde vna littera, ut fit, immutata Serapis, seu Soroapis. nam vtrumque apud Pausaniam, & alios legitur: licet illud sæpius à Latinis, hoc à Græcis vsurpetur. siue ἀπὸ τῆς σερείης, quod idem est ac mundum gubernare, atque ornare, ut olim volebat Phylarchus apud Plutarchum: siue à Σερεῖς voce Aegyptiaca, quam Plutarchus ipse putat significare gaudium, & lætitiā: siue potius ut conijcit certissime Pontacus ad Chronicon Eusebij ab Apis, & Sor: quæ vox Hebræis bouem denotat. Nemo enim nescit Aegyptios aluisse in septo quodam bouem; quem, ut sanctus Augustinus scribit, delicijs affluentibus venerabantur, cultu, secundum Macro-
bium, attonitæ venerationis: prout indicant Herodotus, Diodorus, Cicero, Strabo, Mela, Plinius, Plutarchus, Pausanias, Aelianus, Solinus, Ruffinus, Suidas. sed quis non veterum? Ad imitationem illius Aegyptiacæ superstitionis aut Idololatriæ prisce Hebræi constarunt vitulum aureum, vti docent Sanctus Clemens Romanus Constit. lib. 6. c. 20. his verbis: λαὸς μωσχοποίησε τὸν παρ' Ἀιγυπτίους Ἄπιν. & post eum Lactantius. Eodem Hieroboam vitulos, aut vitulas, vti septuaginta Interpretes vertunt, refert Iosephus. Apim Peloponnesi proditum, & in Aegypto Serapim nuncupatum Arnobius lib. 1. tradit. Macro-
bius Sarapim aduenam Deum Aegyptijs fatetur: va-

Theoph. ad Antholyc. l. 1.

Paneg. Solis.

L. 1. c. 1. Emend.

Varro, Suidas, Ruffin. l. 2. c. 23. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Euseb. l. 10. Præp. c. 3. S. August. l. 18. Civ. Dei c. 52.

L. de Mid. & Osir.

L. 1. c. 15. Sat.

Exodi 32.

L. 4. c. 10. diu. In-
stit.
3. Reg. 12.
L. 8. c. 3. Antiq.
Iud.
L. 1. c. 7. Sat.

L. 10. hist. Anim.
c. 28.

Lib. 21.

Hom. 34. ad Pop.
Antio. adu. Iud. 1.

L. 17. Geog.

C. 7. in Vesp.
In Caracalla.

L. 2. adu. gent.

Lib. 6.

de fana eius extra pomæria fuere locata; ne sacrificiorum, quibus ille colebatur, cruore polluerentur vrbes, apud quas patrij Dij precibus, & solo thure placabantur. Sed eum Solem vult esse, vel ex ipsius oraculo, & tricipite forma, sicut & Inscriptio probat, & innuit Aelianus. Serapium Alexandriae templum atrijs columnatis amplissimis, & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita exornatum erat, vt post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cerneret: in quo Bibliothecæ fuerunt inæstimabiles, & septingenta voluminum millia, cum capta fuit à Cæsare Alexandria, conflagrarunt; vti scribit Ammianus. Videtur tamen postea vel restaurata Bibliotheca, vel saltem pars incendio subtracta. nam sacra Biblia in Græcum sermonem versa Ptolemæi Philadelphi regis iussu libris vndique collectis, & accersitis e Iudæa viris, & in Serapidis templo Alexandriae reposita sanctus Ioannes Chrysostomus affirmat, & æuo etiam suo librorum propheticorum interpretationem illic seruata testatur. Serapij Alexandrini meminit & Strabo aboliti cum alijs fanis: sed constat e Suetonio instauratam fuisse Alexandriae Serapidis ædem, seu *ἱεῖον Σεραπίου*, vt Dio vocat. Aegyptia numina, quibus Serapis atque Isis est nomen, post Pisonem, & Gabinium Coss. siue anno V. C. DCXCVI. vt Panuinius putat, relata in Deorum numerum à Romanis Arnobius exclamat: qui Serapida Aegyptium cum mysterijs omnibus atque Iside solutum in cinerem Capitolino incendio testatur. Atque hoc est quod Isidis ac Serapidis fana Romæ consumpta incendio sub Tito Dio narrat. sed Domitianus Isium, ac Serapium postea instaurata peregit, vt Eutropius refert. Aristides oratione in Serapim quadraginta

ginta duo templa in Aegypto illum obtinere scribit. Vnde & in vrbe Canopi τὸ τῆ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῆ ἀγρία τιμώμενον commemorat Strabo. quin & Serapidis maximum Templum fuit Turgatæ, quæ insula est Arabiæ, teste Ammiano. Constantinus quidem Magnus Augustus cubitum, quo mensuratur Nilus, non amplius in templum Serapidis annis singulis, sed in Ecclesias portari sanciuit, Paulo Diacono auctore. Deinde Theodosij iussu Theophilus Archiepiscopus curauit Alexandria Serapium subuerti, seu purgari, atque in Ecclesiam S. Ioannis Baptistæ conuerti, disiecta statua; vti produnt Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Ruffinus, atque sancti Patres Hieronymus, & Augustinus, quos laudat Cardinalis Baronius ad Martyrologium xvii. Martij. Romæ ab Alexandro Seuero Isium ac Serapium, quæ struxerat Caracalla, legimus decenter exornata signis, & Deliacis, seu vasis, quæ Deliaca imitarentur, & omnibus mysterijs additis, quibus Serapis colebatur. Ea vero in Regione ix. locat auctor descriptionis xiv. Regionum Urbis. quamuis aliæ essent in Regione iii. & in v. Serapidis ædiculæ: quo loco fusissime agit de sacris Aegyptijs sæpius in Urbem inductis, & sæpius reiectis Pancirolus. de Mneui, deque Api bobus Ammianus, quorum alterum Heliopoli, alterum Memphi nutritum censet Strabo. Bos immolatur apud Iudæos, quam Aegyptij Apim colunt, inquit Tacitus. In peragrandia Aegypto Augustus paululum deflectere ad visendum Apim superfedit, teste Suetonio: λέγων θεῶ, ἀλλ' ἐκ βῆς προσκυνεῖν ἐπέειπεν, vt Dio loquitur. Sed postea Vespasianus cum de firmitate Imperij capturus auspiciū ædem Serapidis semotis omnibus solus intrasset, ac propitiato multum Deo se conuertisset, verbenas, coronasque, seu panificia, vt illic assolet, Ba-

Lib. 17.

Lib. 23.

L. 11. Hist. Misc. c. 16.

Lampr. in Alex. Seu. vbi Calaub.

p. 164.

Lib. 17.

L. 5. Hist.

In Aug. c. 23.

c. 7. in Vesp.

filides

filides libertus obtulisse visus est, ut Suetonius recenset, addens debili crure, atque oculis orbatō demonstratum a Serapide per quietem, fore ut valetudini restituerentur a Vespasiano. Sacra Serapidis a vulgaritate Pelusij submouit M. Antoninus inhibitis flagitijs, quæ vulgo patrabantur; siue ut arbitror, non palam & in propatulo, sed clam & religiose illa peragi fanciendo. Titus Alexandriam petens in consecrando apud Memphim boue Apide diadema gestauit, de more id quidem, rituque priscae religionis. Apis bos diuersis genitalium notarum figuris expressus, maximeque omnium corniculantis Lunæ specie latere dextro insignis: qui cum post viuendi spatium præstitutū sacro fonte immerfus e vita abierit, nec enim ultra eum trahere licet, ætatem quam secreta librorum præscribit auctoritas mysticorum, nec nisi semel in anno bos foemina inuenta cum notis certis effertur. alter cum publico luctu quæritur, & si omnibus signis consummatus reperiri potuerit, defertur Memphim urbem præstantem, præsentiaque numinis Aesculapij claram: cumque initiante antistitem numero centum inductus in thalamum esse cæperit sacer, coniecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare; & aduentes quosdam indicijs auertere videtur obliquis, ut offerentem cibum aliquando Germanicum Cæsarem, sicut lectum est, auersatus portenderat paulo post euentura, ut Ammianus tradit. Hinc antequam caperetur a Cæsare Alexandria, mugitus ingentes at miserabiles edidit Apis; ac vim lacrymarum profudit, si qua fides Dioni. Eudoxo Gnidio in Aegypto agenti, ac Memphi Apim consulenti καλλιτέρως τείρος portendit celebritatem, sed & breuitatem vitæ vestem eius lingendo. Hadrianus profecto Serapin summum Aegyptiorum Deum luculen-

Capitol. Anton.

Sueton. Tit. c. 5.

Flin. l. 8. c. 46.
Hist. Nat.

Lib. 27.

Epig. Gr. l. 1.

Diog. Laert. l. 8.

Ienter ostendit in epistola ad Seruianum: & Seuerus Augustus iucundam sibi peregrinationem Aegypti propter religionem Dei profitebatur: & Caracalla profectiois Alexandrinæ causam prætulera, τῷ θεῷ ἁγῶν ὅν ἐκεῖνοι (Alexandrini) σέβουσι ἐξαιρέτως, apud Herodianum: & Serapidis in æde diuersatus ipsi ensem, quo fratrem interfecerat consecrauit; qui mox incenso Templo & illæso solus flagrauit, & absumptus est, vt testatur e Dione Xiphlinus. Iouis quidem fratrem Serapim Iulianus in Cæsaribus nuncupat; quem alij Saturnum, multi Aesculapium quod medeatur ægris corporibus, quidam Osirim antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iouem vt rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem insignibus, quæ in ipso manifesta, vel per ambages coniectant. Plutonem ex Archemacho, & Heraclide Pontico Plutarchus, Eusebius ex Porphyrio, Artemidorus, & Clemens Alexandrinus asserunt. Eius fani aream in Emporio locat Vitruuius, quod opum atque diuitiarum præses haberetur, vt sentit Brodæus. sunt qui Nilum putent: nam modium, & cubitum gestat in capite, mensuram aquæ: in his Suidas, & Cardinalis Baronius, ex eoque doctissimus Præsul Apamiensis Spondanus. Non desunt qui Iosephum suspicentur. Iulianus Cæsar hunc ex Orpheo verum adducit:

Εἰς Ζεὺς, εἰς Ἀΐδης, εἰς ἥλιος ἐστὶ Σάραπις.
addens Cyprios sacerdotes Soli communes cum Ioue aras exstruere, atque Apollinem συνεδρεύοντα τῷ θεῷ τῷ δὲ παρακαλέσαντας μάρτυρα. Idem epistola II. ad Alexandrinos sic scribit. ὑπάρχοντος δὲ ὑμῖν πολιέχου θεῷ τῷ βασιλέως Σαράπιδος ἅμα τῇ παρέδρω Κόρη καὶ τῇ βασιλίδι τῆς Αἰγύπτου Ἰσίδι. id est, Præsidente vero urbis existente vestra Deo Rege Serapide cum Assidente Proserpina, & Regina Aegypti. mox culpam illis remittit

H tic

Vopisc. Saturnia.
& ibi Salmast.
Spartian. in Seuer.

Lib. 4.

I. Moschus prat. 5
c. 72.

Tacit. l. 4. Hist.

L. de Isid.

L. 4. Præp. Eu.

Oneiro. l. 5. c. 26.

& 94.

L. 1. Protrep. & 14

Stromat.

In l. 1. Epigr.

Græc.

V. Sarapis.

An. C. 380.

Paneg. Solis.

tit αἰδοῖ τὴν μεγάλην θεῶν Σαρὰπιδος. Vnde perspicue
 liquet, quinam fuerint σύνναοι, siue σύνθεροι, & σύνεδροι,
 aut πάρεδροι Serapidos Dij; quique Consentes, siue No-
 uensiles, vt Marius Victorinus exponit; quæ Synodus,
 aut quod Concilium Deorum in Serapio. Proserpina
 nempe atque Isis. σύνθερος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν vocatur
 etiam in Romana inscriptione Antinou, ab Hadriano
 relatus inter Deos, vt Iustinus Martyr, Clemēs Alexā-
 drinus, & alij recensent. atque adeo canit Prudentius:
Quid loquar Antinoum caelesti sede locatum?
 Qui postea lepide ridet quod in Actiaco prælio,
Nil potuit Serapis Deus, & latrator Anubis.
 Serapidis effigiē marmoream non ita pridem in Vrbe
 effossam asseruat Eminentissimus Card. ANTONIVS
 BARBERINVS, quam depictam exhibet Alexander
 Donatus Senensis in veteri Roma, vbi de templis Isi-
 dis, quæ in Vrbe fuere, differit. At Sibylla Ifidis &
 Serapidis templa in Aegypto casura, & incendio pe-
 ritura prædixerat: cuius versus intexuit Protreptico
 suo Clemens Alexandrinus. Thebis delubrum Serapis
 Basalten lapidem habebat Memnonis statuę dicatum,
 quem quotidiano Solis ortu radijs contactum crepa-
 re dicunt, Plinio auctore; non Osiridis, vt Donatus
 opinatur. Apion cognominatus Plistonices scriptum
 reliquit esse etiam in labyrintho Aegypti colosseum.
 Serapis e smaragdo nouem cubitorum, penes ipsum
 Plinium. Sed Apidis, Serapidis, Osiridis, Ifidis, An-
 nubis, Hori, Canopi, Marnæ, & si quæ alia fuerunt
 in Aegypto portentosa idola, Christo illuc aduenien-
 te diffuxere, iuxta vaticinium Esaia, & collapsa sunt,
 cessaruntque oracula & præstigiæ, Dæmonibus vndi-
 que contremiscentibus: & ingrediēte Domino Aegy-
 ptum commota sunt simulacra a facie eius, vti com-
 memorant Socrates, Nicephorus Callisti, Vincen-
 tius

Apud Casaub. in
 Hist. Aug.
 Apol. 2. Protrept.
 L. 7. contra Sym-
 mach.

L. 2. c. 21.

L. 36. c. 7.

L. 37. c. 5.

C. 19.

Hist. Trip. l. 6.
 c. 47.
 L. 10. c. 38.
 L. 7. Sp. Hist.
 c. 94.

tius Bellouacensis, Petrus de Natalibus, & alij: mox ^{In Vita S. Aphro-} superstitionis insanæ vice per Aegyptum effloruit ve- ^{dij.} ra Religio pinguescentibus speciosis deserti præ Mar-
tyrum, & Anachoretarum multitudine, quam obser-
uant Rosuueyus in Vitas Patrum, & linguarū scien-
tissimus Athanasius Kircherus nobis coniunctissimus
in Prodomo Copto. adeo vt Serapis ipse Christianus
factus sit vt loquitur S. Hieronymus. Verum vt ad ^{Epist. ad Letam.} inscriptionem Prænestinam redeamus, a qua nos Se-
rapis velut in Labyrinthum deductos, atque errantes
tamdiu abstraxit, hæc est eius explicatio. C. Valerius
Hermaiscus anno Urbis conditæ cmx. siue a CHRISTO
nato clix. qui incidit in xx. Imperij Antonini Pij, vt
putat Cardinalis Baronius, domum suam vertit in Se-
rapium, seu templum Serapidis, & scholam Fausti-
niam in honorem Faustinae vxoris Antonini Pij; ^{Capitolia. in Pio.}
quam tertio Imperij anno amissam Senatus consecra-
uerat delatis Circensibus, atque templo, & flaminic-
is, & statuis aureis, atque argenteis. Ipse quidem
Antoninus puellas alimentarias in honorem Faustinae ^{Capitol. ibid.}
Faustinianas cõstituerat, sicuti M. Aurelius Antoninus
Philosophus nouas puellas Faustinianas instituit po-
stea in honorem alterius Faustinae Pij filiae etiã vxoris ^{Capitolin. in M. Philos.}
suae mortuæ. Urbini apud D. Clemetem Bartholũ hæc
incisa marmori exscripsit, mihiq. cõmunicauit antiqui-
tatis peritissimus & eruditissimus Federicus Vbaldinus

T. AELI. HAD.....

ANTONINI.....

PII. PONT. M.....

TRIB. POTE.....

IMP. II. COS. III. P. P.

FILIO

PVERI. ET. PVELLAE.

ALIMENTARI.

H 2

Cl. Me.

Cl. Menetrier numum hunc argenteum ostendit.



Idem in lapide apud Pacificum Romæ indicavit sculptas puellas XIII. duabus a Faustinis, ut videtur, in podio stantibus spicas prima excipit, alio in lapide puellæ floreas coronas gestantes exprimuntur. Traianus primus quinque mille pueris alimenta detulit, ut Plinius in Panegyrico prædicat. idemque beneficium S. P. Q. R. in arcu Beneventano Traiano Cæsari erecto ad posteritatis memoriam sculptum reliquit, ut V. Cl. Lucas Holstenius oculatus testis mihi retulit: qui inter prima orbis spectacula illud Traiani monumentum numerandum censet. Hadrianus deinde pueris ac puellis incrementum liberalitatis adiecit, uti Spartianus obseruat: docentq. copiose Lipsius, Cuiacius, & Salmasius. Neruam tamen comperio puellas, puerosque natos egestuosis parentibus sumptu publico per Italiæ oppida alendos curasse apud Victorem relatum a Bulengero. & Aurelianum auxisse numerum puerorum ac puellarum, quibus alimenta data, apud Vopiscum legimus. Hos æmulati Christiani Imperatores Orphanotrophia, & Brephotrophia instituerunt, & Orphanotrophos priuilegijs ornarunt. In hoc

L. 1. Elect. c. 8.
Ad l. pueri 204.
D. de verb. signif.
Ad Hist. Aug.

L. 6. de Impen.
Rom. c. 13.

L. Orphanotr. C.
de Episc. & Cler.

hoc autem Serapio Prænestino Bibliothecam fuisse non inani coniectura ductus suspicor, cum simulacrum atque effigies quædam esset Alexandrini, cui adiunctum erat Museum, & illa celeberrima Bibliotheca, de qua Lipsius ex A. Gellio, Seneca, Tertulliano, & alijs. nam Prænestæ quoque schola fuit Faustianiana, in qua non tantum alerentur pueri, puellæque in honorem Faustinae, sed etiam erudirentur. Nam & mulieres olim liberalibus artibus instituebantur. Suetonius in libro de Grammaticis ait Attici filiam M. Agrippæ uxorem institutam fuisse a Q. Cæcilio Epirota Grammatico Attici liberto, & Iulianus Iurisconsultus mercedis a tutore præceptoribus datas ut pupilla liberalibus artibus imbueretur, iure computari censuit.

Syntagm. de Bibliothecis.

L. qui filium 4.
D. ubi pup. educ. deb.

De Basilicis, & Solario.

CAPVT XVII.



VERE quoque Prænestæ Basilicæ, ut liquet e Varrone. *Meridies* (scribit ille) *ab eo quod medius dies*. D. antiqui non R. in hoc loco dicebant, ut Prænestæ incisum in solario videtur, quod Cornelius in Basilica Aemilia, & Fulvia innumbravit. Solarium denotat hic locum Soli expositum, in quo horæ inspiciebantur, eratque in foro inumbra- tus, secundum quem homines animi causa convenire solebant, uti Turnebus colligit e Plauti versibus ab A. Gellio laudatis, e Cicerone, atque hoc e Varro- nis loco. Græci dixerunt *ἡλιακόν*, vel *ἡλιαστήριον*, Gal- lique Græcissantes vocant les Hales, ut Harmenopus usurpat, & Cyrillus in Lexico exponit. Erat Basilica ædificium testudinatum altis columnis suffultū, qualia hodie templa fiunt, quæ inde Basilicæ appellantur. eam Virgilius describit:

L. 5. de L. L.

L. 18. Adu. c. 27.

L. 2. Nat. Deor. & Or. pro Quintio.

7. Æneid.

H 3 Tem-

Templum augustum ingens centum sublime columnis.
 Latini Regiam nuncupant. Romæ in ea causas exer-
 cere, Legatos audire, & negotia publicâ tractare
 solebant. circum etiam tabernas habebat, in quibus
 vel argentea vasa, vel vestes, aliaque venalia erant.

Vitruv. l. 5. c. 10.

De Foro, & Statuis.

CAPVT XVIII.

De Ill. Grammat.



ORVM Præneste tribuit Suetonius. nam
 ut ipse narrat, Verrius Flaccus statuam
 habet Præneste in parte inferiore fori cō-
 tra Hemicyclum, in quo Fastos a se ordi-
 natos, & marmoreo parieti incisos publicarat. Hic Li-
 bertinus decessit sub Tyberio ætatis exactæ. refert ista
 Iosephus Scaliger, & præfigit eiusdem Verrij frag-
 mentis, legens, *Pro Vestæ*, & non Præneste. certe Ro-
 mæ in parte inferiore Fori templum exstabat Vestæ.
 P. Octavius, & Faernus emendarât antea, prope ædem
 Vestæ. & docuit postea euentus: nam Verrij Fasti ibi
 reperti sunt in Vrbe, sicuti Panuinius enarrat. Forum
 tamen Præneste fuisse T. Liuius testatur, in eoque
 statuas collocatas. Quin Præneste in Kalendarij frag-
 mento legebatur.

Procem. Fast.
 L. 2. Dec. 3.

NON. N. CONCORDIAE
 IN. ARCE. FERINAE. EX
 S. C. QVOD. EO. DIE
 IMPERATOR. CAESAR
 AVGVSTVS. PONTIFEX
 MAXIMVS. TRIB. POTEST
 XXI. CONSVL. XIII. A. SENATV
 POPVLOQVE. ROMANO. PATER
 PATRIAE. APPELLATVS.

Va-

Varijs autem statuis ornatum fuit Prænestinum Forum: nec enim stetit ibi sola Manitij Prætoris Prænestini, (scriba is ante fuerat,) qui reducerat Prænestinos illos strenuos Casilini propugnatores Præneste, loricata, amicta toga, capite velato. stabant & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto, MANITIVM. PRO. MILITIBVS. QVI. CASILINI IN. PRAESIDIO. FVERINT. VOIVM. VOVISSE. Idem titulus tribus signis in Aede Fortunæ positus fuit subiectus. stabat & statua L. Aeliani, quæ refertur e basi marmorea apud Gruterum.

P. 347.

L. AELIANO. L. F. AN. PROVINCIALI EQVO. P. ORNATO LUPERCO. DESIG. HVIC. ORDO. DECVRION STATVAM. DECREVIT L. AELIANVS. VERECVNDVS H. V. S. R. L. D. D. D.

Forfitan hic Aelianus, a quo in agro denominatur Collis d'Aliano. fuit scriptor Polyhistoris, & aliorum operum: qui Ἀρχαίους Suidæ, quia Lupercus designatus erat, & Prænestinus. Αἰλιανός, inquit Suidas, ὑπὸ Πραίνεσθ τῆς Ἰταλίας Ἀρχαίους, καὶ σφιστὴς ὁ χειμαρρῶς Κλαυδίω, ὃς ἐπεκλήθη μελίγλωσσος ἢ μελίφθογγος, καὶ ἐσθλῆς εὐσεύεν ἐν Ρώμῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ μεταὶ Ἀδριαδῶν χρόνον. quæ Vossius repetit. Romanum licet se vocitet Aelianus lib. x. r. i. Polyhistoris sui, ubi de clarorum virorum adiutoribus agit; idemque profiteatur Philostratus, γινικῶς nempe. Aelianus, inquam, qui Latinus Græce scripsit Polyhistora, de animalibus, & de instruendis aciebus, ubi præfatur ad Hadrianū, se Neruæ salutandæ visendique causa diuertisse Formij apud Sextum Iulium Frontinum virum consulari-

L. de Hist. Græc

In Vit. Sph.

rem,

rem, qui de aquæductibus, & strategematis libros cō-
posuit. Assurgebat ibidem Anatellontis statua, de qua
extat decretū ita conceptum apud Gruterum, quam-
uis e stylo mihi suspectum falsi :

P. 379.

EXEMPLVM. DECRET. Q. F.
Q. IVNIO. SYLLANO. ET
L. SEPTIMIO. VALERIANO. COS.
POSTVLANTE. CLAVDIO. MARONE
VTI. LOCVS. AD. STATVAM. PONENDAM
OPTIMAE. MEMORIAE. VIRO. QVONDAM
FILIO. AELI. AVG. LIB. ANATELLON.
AMANTISSIMO. REIPVBLICAE. NOSTRAE
PLACVIT. ET. IN. HONOREM. ANATELLIONTIS
SEMPER. ET. VBIQ. DE. REPVB. OPTIME. MERITI
ET. IN. GRATIAM. CLAVDI. MARONIS
LOCVM. AD. STATVAM. PONENDAM
AD. ELECTIONEM. IPSIVS. ARBITR. DARE.
Et Flaviae Rufinae apud eundem.

P. 374.

FLAVIAE. RVFINAE
M. BARBI. FASTI
CONSVLARIS
PATRONI. COLONIAE
PRAENESTINORVM
FILIAE. OPTIMAE
D. D.
Et P. Martij, cuius basis Ostiae eruta epigraphem
istam habet :
P. MARTIO. QVIR. PHILIPPO
CVRATORI. VIAE. PRAENESTINAE
AEDILIO. CVRVLIV. Q. AB. AERARIO
TRIBVNO. FABRV. NAVALIVM
OSTIENS. QVIBVS. EX. S. C. COIRE. LICET
PATRONO. OPTIMO
P. P.

Ac

At a latere dextro.
 DEDIGATA. III. IDVS. APRILIS
 SCAPVLA. TERTVULO. ET. TINEIO
 CLEMENTE. COSS. CVRAM. SIC.
 AGENTE. VALERIO. GALAGAERO. LIB.
 ET. C. VETTEIO. OPTATO. M. CLODIO.
 MINERVALES
 Q. Q. PER.

De Via Prænestina, & de Porta Urbis.

CAPVT XIX.



In superiori Inſcriptione viæ Prænæſtinæ
 Curator enuntiatur P. Martius. ea Roma
 Prænæſten ducebat, eratque frequentibus
 ſepulcris celebris. ſepulcrum in ea Q. Attæ
 locat Moreſtellus, Eccleſiam S. Ianuarij; S. Gregorius
 Magnus, eiufque Græcus interpres Zacharias Papa :
 Villam Gordianorum Capitolinus hiſce verbis: *Do-*
mus Gordianorum etiamnum extat, quam iſte Gordia-
nus pulcherrime exornauit, & Villa eorum via Præne-
ſtina ducentas columnas in tetraſtylo habens (alias Peri-
ſtylo,) quarum quinquaginta Caryſtiæ, ſeu marmore vi-
ridi, atque ſtucibus concolori; quinquaginta Claudianæ,
quinquaginta Synnades candido marmore, ac purpureis
orbiculis interſtincto, quinquaginta Numidicæ pari men-
ſura, in qua Baſilicæ centenariæ tres, (a centum pedum
meſura, vt apud Suetonium Porticus milliaria Ca-
ſaubono.) Cætera huic operi conuenientia, & Thermæ,
quales præter Urbem, vt nunc, nuſquam in Orbe terra-
rum. In ea via anno ab Vrbe condita ccxxxiii. Vrbs
 erat Latini nominis Albanorum Colonia GABII, ad
 centeſimum a Roma ſtadium. Sed deſerta poſtmo-

Pompæ Ferali. 4.
c. 8.

Dialog. 1. 4. c. 27.

In Gordiano 3.
vbi Caſaub. &
Salmaf.

Lib. 14. Antiqq.

dum ea tantum parte habitabatur, quæ ad publicam viam obuersa frequentabatur diuersorijis, vti scribit Dionysius Halycarnasæus, τὴν ὁδὸν Πραίνεστον φέροισαν vocans, vti Zacharias Πραίνεστίνην ὁδὸν. Huius viæ caput & initium statuitur à Suburra ad arcum Gallieni, trophæa Marij, Basilicam Caij & Lucij: tum ea flecitur ad Portam Exquilinam, vnde exit cum Labicana via, quæ ad dexteram porrigitur, at ad læuam Prænestina. alij volunt viam Prænestinam post arcum Gallieni ante Marij Trophæa incipere, & ad læuam

Lib. de vii. Urbis
Ecclief.

dirigi, ac exire per Portam quæ nunc Sancti Laurentij nuncupatur, vt R. P. Seueranus refert. Extra Portam Exquilinam Labicana via est, & Prænestina. In Prænestina AQVA Claudia ab Appio Claudio in

Plin.

Urbem ducta sumit initium. In eadem via AQVA Virgo militibus olim demonstrata ex eo loco in Ur-

Lib. 7. Ant. Rom.
Topogr. c. 16.

bem deducitur, teste Marliano. Eam viam sic describit Peutingeriana Tabula. *Via Prænestina Gabios XI. Præneste XI.* at Itinerarium Antonini ita: *ab Urbe m. p. idest mille passus seu millia. pass. XII. Gabios m. p. XI. Præneste,* tum Beneuentum vsque. Sed excurrentem me longius ad viam Prænestinâ reuocat Obeliscus inuentus secus illam eo loci, vbi castra Prætorica ponit, & metatur Ligorius, e Circo in quo erectus erat, & in Barberinum palatium transfuectus. litteris ignorabilibus, & notis Hieroglyphicis insculptis insignis: cuius eruditam explicationem scripsit antiquitatum reconditarum peritissimus P. Athanasius Kircherus. Sed & aliud Obelisci fragmentum Præneste visitur in hortis Principis. Cæterum plura habent de via Prænestina Bosius Romæ subterr. c. 31. l. 3. Pancirol. in Notit. Imper. Io. Seueranus de 7. Eccl. Marlianus l. 1. c. 7. Topographiæ Urbis, quos vide. Prænestina Urbis Porta hinc nomen repetit, quæ
Esqui-

Esquilina, & Labicana quoq. dicta a Plinio, a via quæ per eam exibat. Procopius Penestrinā seu Prænestinam ter appellat. Sed ab altera etiam via Labicana dicta fuit. nunc Maior dicitur. a Belisario ibi locatam credit Godleueus, quo tempore Urbis muros a Gotthis dissectos restituit: Maioremque dictam ab ædificij, castelli nempe Aquæ Claudie magnificientia, cui supposita est πόλις καλεμένη πανεστίνη Romæ, in qua Belisus custodias agebat. Gotthi certe Urbem obsederunt a Porta Flaminia ad Prænestinam, quæ ibi πανεστίνη vocatur. Ortelius miscet eam cum Aesquilina, vt exarat. Loca deputata syluestribus animalibus viuaria dicebantur, erantque in angulo Urbis in regione v. prope Portam Prænestinam, vt prodit Procopius, ex eoque Cardinalis Baronius.


Procop. l. 1. Gothi

In Thef. Geogr.

Lib. 1. Gotthi.
Ad Martyrol. 16.
Ioan.

De Signis, Sacrarijs, & alijs locis publicis.

CAPVT XX.

IN & statuæ Prænesti visebātur Trophimi, Agilij, Munij, & Anonymi, qui muneribus editis placuerant populo, vti superius ex Inscriptionibus claruit. Erat & ludus gladiatorius, atque spoliarium, vnde Theatrum ibidem extitisse reor. Erant & signa, vt liquet ex his inscriptionibus.

SECVRIT. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

Item.

PACI. AVG.

SACRVM

DECVRION. POPVLVSQ.

COLONIAE. PRAENESTINAE.

I 2 Erant

Erant & sacraria Penatum, & restantur id inscriptio-
nes. Quarum prima.

PENATIBVS. SACRARIVM
..... ANVS. PONT. MIN. PATRON.
T. REIQ. PVBLICAE. DO.....

Secunda inscriptio in Episcopio in ara mormorea.

T. MANLIVS
[seu MASCLIVS]
QVINTVS
SACRVM.

Quã Treuius in Miscellaneis refert, vt probet Quin-
tum cognomen esse.

Quin & ædes, quod ex illa liquet:

C. SAVFEIVS. C. F.
M. SAVFEIVS. L. F.
PONTENVS
AID. EX. S. C.

Nisi potius Adiles isti fuerint.

Et Porticus. en testimonium ex alia.

..... LA. POM.
TRIB. MIL. II. IL.
DI. I. AVG. NERON.
PRAEFECTVS. TESTAM.
.. POMPEIA. MYMMI
..... VMMA. PORTICVM. AB.
..... RE. ALBARIO. ADIECTA
..... OVINO. PASSV.

De Præneste Colonia, & Municipio.

CAPVT XXI.

REGNUM fuisse olim Prænesten constat ex Herilo eius Rege, quem Euander strauit, Virgiljo teste versibus superius laudatis: qui Feroniæ filius erat. Feronia autem Nympha Campaniæ, Dea Libertorum, cuius in templo pileum raso capite accipiebant, e Plauto in Amphitrione. in huius templo Tarracinae sedile lapideum fuit, cui versus iste incisus erat: *Benemeriti serui sedent, surgent liberi.* Varro Libertatem Deam quasi Fidoniam dictam putat, ut Seruius adnotat. Fuit postea colonia Albana. regnante quippe Latino Siluio Alba deductæ sunt coloniæ, Præneste, Gabij, Tusculum, Cora, Pometia, Locri, Crustumium, Cameria, Bouillæ, cæteraque oppida circumquaque, quemadmodum refert Auctor Originis Romanæ gentis e veteribus auctoribus collectæ; siue ille Sextus Aurelius Victor est, ut tradit Andreas Schottus, siue alius: earumque ciues prisca Latini dicti sunt, teste Liiuo: qui a Latino Siluio Ascanij filio colonias aliquot deductas asserit. at Latinum Siluium fratrem Ascanij, & filium Aeneæ posthumum e Lauina filia Latini, Albæque secundum Regem tradit Dionysius Halycarnasæus Iulo filio Ascanij prælatum. Albæ Siluius deinde regnat Ascanij filius, casu quodam in syluis natus, is Aeneam Siluium creat: is deinde Latinum Siluium, ab eo Coloniae aliquot deductæ, prisca Latini appellati. Latinum regem Laurentum memorat Bonifacius ex Vbertis Florentinus vernaculis his versibus Prænestes conditorem, siue potius Coloniae ductorem.

L. 7. c. 13. Dic. mundi

*La Città de Preneſtre fecie all'hora**E' per Lauina hedificoe Lauino,**E Re tre anni e ſei meſi dimora.*

L. 17. c. 15.

In Coſmograph.

L. 16. c. 13. Noſt. Attic.

Merula, & God- leu. in 8. l. Liuij.

L. 4. Gen. dic. c. 19.

Postea cum Latio vniuerso Præneste quoque in Romanorum potestatem cōcessit. ab hisce Q. Fabio Maximo V. & Q. Fulvio Flacco III. Cōſſ. xxx. Colonias deductas testatur Liuius, quibus tamen Præneste non accenſet. vnde Coloniam a Romanis eo tantum deductam post Bellum II. Punicum colligo. Non defunt qui Coloniam deductam a Sylla opinentur, vti Manutius l. de Ciuitate Rom. Antiqui certe lapides litterati, quos superius exhibui, & quos Paulus Merula profert, Prænestinam Coloniam nuncupant; sed incertum tempus deductionis ipsi Merulæ. Municipium postea fuit. nam Prænestinos refert Diuus Hadrianus in Oratione quam de Italicensibus, vnde ipse ortus fuit, habuit in Senatu, maximopere a Tiberio Imperatore petiisse, orasseque vt ex Colonia in municipij statum redigerentur, idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. A. Gellio teste. Atque hac de causa in Sexti Iulij Frontini libello de Colonijs, Neruæ Imp. tempore scripto, Præneste non Colonia, sed oppidum simpliciter appellatur. Festus autem, siue epitomator eius Paulus Diaconus, hæc scribit: *Tertio municipium desinitur id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt vt essent municipia sua cuiusque Colonia, vt Tiburtes, Prænestinique, &c.* Ex his Tibur, & Præneste, quæ Ciuitates foederatæ Latinæ erant, & Arpinum municipium suis legibus relicta sunt, aliæ Coloniae deductæ erant. Fuscus autem de Municipibus Prænestinis agit Alexander ab Alexandro. probatq. id insertum parieti Ecclesiæ Cathedralis Prænestinæ epigramma.

GEN.

GEN. *γεννησας*

MVNICIP. *μνημονια*

C. TALONIVS . CYPARVS

PATER . ET

C. TALONIVS . CYPARVS

FILIVS

D. D.

Primi qui Romani ciues renuntiati fuerunt e Latinis populis, cum illi defecissent, ab Appiano dicuntur Tiburtes atque Prænestini: Municipales tamen remanserunt suæ Ciuitatis. Erant autem liberi, neque solum foederati antea, cum exulibus Romanis Prænestæ commorari liceret, vt antea obseruauimus e Polybio, & honoris cum Populo Romano participes: Diuitatura nempe gaudebant.

L. 2. Bell. Ciuil.

Regius pempt. 1. Tiburt. Hist.

Idem l. 2. c. 6. pempt. 1. Et l. 3. c. 1. ex Liuius l. 23. & 42.

De rebus gestis a Prænestinis ad annum

V. C. CCCLXXIV.

CAPVT XXII.



ilubeat urbem introspicere, atque res domi forisque gestas pernoscere, politiam urbis inquirere decet. sub Regulis, seu Toparchis primum administrata fuit.

Ex his Herilum vnum nouimus, cui tres animæ fuere. de illo iam supra egimus. postea Colonia eo ex Alba deducta Albanis Regibus paruit. sed Albæ regno Romam translato, euersaque Alba mansit in Latinorum foedere seu Republica. Apud Dionysium Halycarnasseum Tullus Fufecius Albanum sic alloquitur.

L. 1. Antiq. Rom.

Γχαναι δὲ τεκμηριώσαι τὸ κράτος αὐτῆς πολλὰς πόλεις ἐκ τῶν Λατίνων ἔσαι γέρας, καὶ τὴν κτίσιν ἀφ' ὑμῶν ἔχουσαι, καὶ τὴν ὑμετέραν ὑπεριδέσαι πόλιν, ἢ αὖν θεωρησάμενοι, χωρήκασι,

χωρήκασι, κὴ ὑπὸ Ρωμαίων ἀρχαδα μᾶλλον ἀξίωσιν ἢ
 ὑπὸ Ἀλβάνων. Idem auctor ubi agit de Alba diruta
 scribit: Ἡ τὰς πρὶάκοντα Δατίνων ἀποικίσεως πόλις,
 κὴ πάντα τὸν χρόνον ἤγασα μὲν ἢ πᾶ ἔθνος ὑπὸ τῆς ἐσχάτης
 ἀποικίσεως καὶ διαίρεσῆσα. Certe omnes Latini abs Al-
 ba oriundi, & ab Tullo res omnis Albana cum colo-
 nis suis in Romanum cessit imperium. Anno xv. post
 Albæ excidium Romani bellum intulere Latinis, seu
 xxx. illis Albanorum colonijs, ac per quinquennium
 gessere. pax mox inita, donec a Tarquinio prisco
 prælijs attriti Latini Romanorū in societatem & ami-
 citiam recepti fuerunt imperata facturi. Hinc Romæ
 Tarquinius Priscus triumphavit de priscis Latinis, te-
 ste Livio. & in conventū Ferentino Tarquinius Su-
 perbum Urbis Regem gentis ἡγμόνα, id est Ducem
 seu Principem Latini constituerunt: sicut Tarqui-
 nium eius avum, & Tullum. vnde Sexus iactabat
 se Lucretiæ: *Imperabis mecum Romanis, Latinis, Etru-
 scis, &c.* Idemque Livius refert, Tarquinium Super-
 bum edixisse ad Lucum Ferentinæ in conventu La-
 tinorum, tamen foedus renouasse. Anno ab Vrbe
 condita cclv. Coss. fuere T. Aebutius, & P. Veturius.
 his Consulibus Fidenæ obsessæ, Crustumeria capta,
 Præneste ab Latinis ad Romanos descivit. nec ultra
 Latinum bellum gliscens iam per aliquot annos di-
 latum. verum anno sequenti ab Vrbe condita cclvi.
 post deditos Lartio Consuli Fidenates Latini omnes
 apud Ferentinum conveniunt, initoque foedere con-
 spirant in Romanos, eisque bellum indicunt. In hoc
 foedus nomina & iururandum dedere proceres Ari-
 cini, Bouillani, Buletani, Corani, Cornerani, Gabini,
 Laurentini, Lanuini, Lauinienes, Labicani, No-
 mentani, Norbani, Prænestini, Pedani, Querquetu-
 lani, Satricani, Scaptini, Serini, Tellini, Tiburtini,
 Tuscu-

T. Liv. l. i. dec. r.
e. 52.

Dionys. Hal. l. 3.

L. i. dec. i. c. 38.

L. i. c. 52.

L. 2. c. 19.
Dio l. 5.

Dionys. Hal.

Tusculani, Trebani, Veliterni, ex his omnibus populis delectu iuniorum habito, tantū copiarum contractum iri, quantum Octauio Manilio, & Sexto Tarquinio satis videretur; & vt honestam belli causam prætenderet, Legatos Romam miserunt nobilissimos viros ex vno quoque populo. Tandem victi Latini, & Castores visi Romanis fauere ad lacum Regillum: & ab his renouatum fœdus cum Latinis anno V.C. CCLVIII. biennio post, V.C. CCLX. L. Lucretio Tricipitino, & T. Veturio Gemino Coll. *Veturius missus in Volscos ad bellum ultrò inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis sciorum agro oppositus non ultra quàm in Hernicos procedit. Veturius primo praelio hostes fundit, fugatque: Lucretium, dum in Hernicis sedet, prædonum agmen sefellit supra montes Prænestinos ductum, inde dimissum in campos vastauere agrum Prænestinum, Gabinumque ex Gabino in Tusculanos flexere colles. Vrbi quoque Romæ ingens præbitus terror; magis magis in re subita, quàm quod ad arcendam vim parum virium. Q. Fabius præerat Vrbi, is armata iuuentute, dispositisque præsidijs tuta omnia ac tranquilla fecit.* Neque poterant assuescere Romano iugo Latini; Nam defecere anno V.C. CCCLXV. Tribunis Consulari potestate A. Valerio Publicola iterum, L. Virgilio, P. Cornelio, A. Manlio, L. Aemilio, L. Postumio, qui post pugnam ad lacum Regillum factam per annos propè centū, nunquā nisi ambigua fide, in amicitia Populi Romani fuerant. Anno V.C. CCCLXIX. defecere rursus: sed anno V.C. CCCLXXI. de Prænestinorum quoque defectione fama exorta primū, arguentibusque eos Tusculanis, & Gabinis, & Labicanis, quorum in fines incursum erat, ita placidè abs Senatu responsum est, vt minus credi de crimini-

K bus,

Dionys. l. 6.

Liu. l. 3. c. 8.

Pighius Fast.
Liu. l. 6. c. 2.

Liu. l. 6.

Liu. l. 6. c. 27.

Liu. c. 22.

Righ. p. 237.

In Camillo.

bus, quia nollent ea vera esse, appareret. Insequenti anno Sp. & L. Papirio Tribunis Consulari potestate ab V. C. CCCLXXII. ad Velitras aduersus maiora poenè auxilia Prænestinorum, quàm ipsam colonorum multitudinem secundo prælio pugnatum est. ita ut propinquitas Urbis hosti & causa maturioris fugæ, & vnum ex fuga receptaculum esset. Oppidi oppugnatione Tribuni militum Consulari potestate, qui Legiones eò duxerunt Sp. & L. Papirius, collegis quatuor Ser. Cornelio Maluginense quartum, Q. Seruilio, C. Sulpitio, L. Aemilio quartum Tribunis ad præsidium Urbis, & si quis ex Etruria noui motus nuntiarentur (omnia enim inde suspecta erant) relictis, abstinere; quia & anceps erat, nec in perniciem Coloniarum pugnandum censebant. Litteræ Romam ad Senatum cum victoriæ nuntijs acriores in Prænestinum, quàm in Veliternum hostem missæ. Itaque ex S. Cōsulto, populique iussu bellum Prænestinis indictum; qui coniuncti Volscis anno insequenti Satricum Coloniam Populi Romani pertinaciter à Colonis defensam vi expugnarunt, foedeque in captos exercere victoriam. Eam rem ægrè passi Romani M. Furium, Camillum sextum Tribunum militarem cū L. Furio, & alijs creauere, anno V. C. CCCLXXIII. Volscum bellum M. Furio Camillo decretum, & L. Furius adiutor datur, qui impatiens Volscos ad Satricum aduersus, abs illis primùm fugatur; sed Camillo iuante mox fundit, uti Plutarchus narrat. Anno V. C. CCCLXXIV. post victos Latinos à Manlio Consule, cum Decius se deuouisset, Prænestini, ac Volsci cum ingenti exercitu deuastarunt agros sociorum Populi Romani, & Lucium Furium, eis opem dum ferret, represserunt, verùm à Camillo collatis mox signis vincuntur, & illorum magna strages fuit edita.

De

*De rebus gestis Prænestinorum ab anno
V.C. CCCLXXVI. ad annum CCCLXXXV.*

CAPVT XXIII.



Insequente anno V. C. CCCLXXVI. Camillus consilio, & virtute in Volſco bello, felicitate in Tuſculana expeditione, vtrouque ſingulari aduerſus collegam L. Furium Medullinum patientia, & moderatione inſignis magiſtratu abiit, creatis militaribus Tribunis in annum inſequentem: in quo excitata ſeditio à Tribunis plebis, quia Cenſores abdicauerant magiſtratu, cauſati ſunt illi, fugere Senatū teſtes tabulas publicas cenſus cuiuſque, quia nolint conſpici ſummam æris alieni, & alia: obæratam plebem obiectari alijs, atque alijs hoſtibus, bella quæri, Latinis, Hernicis, Præneſtinis iam intentari arma, vt teratur plebs, conſenſuque plebis impediri cæptum quominus ad Præneſtini famam belli, ſicuti cenſuerant Patres, ſcriberentur nouæ legiones. Erat enim cura Patribus delectus, quippe iam à Præneſte profectos hoſtes in agro Sabino conſediſſe nuntiabatur, neque aliud ad ſeditionem exſtinguendam in Vrbe, quàm propè illatum mœnibus ipſis bellum valuit. Nam cum eſſet Præneſtini nuntiatum nullum exercitum conſcriptum Romæ, nullum Ducem certum eſſe, patres, ac plebem in ſemetipſos verſos, occaſionem rati Duces eorum raptim agmine factò peruaſtatis protinus agris, ad portam Collinam ſigna intulere. Ingens in Vrbe trepidatio fuit, conclamatum ad arma, concurſumque in muros, atque portas eſt: tandemq; ab ſeditione ad bellum verſi Dictatorem T. Quintiū

Liu. l. 6. c. 18.

Liu. l. 6. c. 10.

c. 28.

Cincinnatum creauere . Is Magistrum equitum,
 A. Sempronium Atratinum dixit. Quod vbi audi-
 tum est (tantus eius magistratus terror erat) simul
 hostes à moenibus recessere, & iuniores Romæ ad edi-
 ctum sine detractioe conuenere. Dum conscribitur
 Romæ exercitus, castra interim hostiū haud procul
 Allia flumine posita. Inde agrum latè populantes fa-
 talem se Vrbi Romanæ locum cæpisse inter se iacta-
 bant, similem inde pauorem, ac fugam fore ac bello
 Gallico fuerit. Etenim si diem contactum religione,
 insignemq; nomine eius loci timeant Romani, quan-
 tō magis Allienſi die Alliam ipsam, monumentum
 tantæ cladis reformidaturos species profectō his ibi
 truces Gallorum, sonumque vocis in oculis, atque
 in auribus fore? Has inanium rerum inanes ipsas vol-
 uentes cogitationes Fortunæ loci delegauerant spes
 suas. Romani contrà vbi cum que esset Latinus hostis,
 satis scire eum esse quem ad Regillum lacum deui-
 ctum centum annorum pace obnoxia tenuerint, lo-
 cum iusignem memoria cladis irritaturum se potiùs
 ad delendum memoriam dedecoris, quam vt timorē
 faciat ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ; quin ipsi
 Galli si offerantur illo loco se pugnatos vt Romæ
 pugnauerint in repetenda patria, vt postero die ad
 Gabios tunc cū effecerunt ne quis hostis, qui mœ-
 nia Romana intrasset, secundæ, aduersæque Fortunę
 nuntium domum perferret. His vtrunque animis ad
 Alliam ventum est. Dictator Romanus postquam in
 conspectu hostes erant instructi, intentique. *Videsne.*
Tu (inquit) A. Semproni loci Fortune illos fretos ad
Alliam constituisse, nec illis Dij immortales certioris
quidquam fiducia, maiorisve quod sit auxiliij dederint
At tu fretus armis, animisque concitatis equis inuade,
mediam aciem: ego cum Legionibus in turbatos, trepi-
dant.

dantesquè inferam signa. Adeste Dij testes fœderis, & expetite pœnas debitas, simul vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis. Non equitem, non pedite sustinuere Prænestini primo impetu, ac clamore dissipati ordines sunt, deinde postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt, consternatique, & præter castra etiam sua pauore prælati, non priùs se ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu Prænestæ fuit. Ibi ex fuga dissipati locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt, ne si intra mœnia se recepissent, extemplò vreretur ager, depopulatisquè omnibus obsidio Vrbi inferretur. Sed postquam direptis ad Alliam castris victor Romanus aderat, id quoque munimētum relictum, & vix mœnia tuta rati oppido se Prænestæ includunt. Octo præterea oppida erant sub ditione Prænestinorum, ad ea circumlatum bellum, deincepsquè haud magno certamine capta. Anno V. C. CCCLXXIV. Velitras exercitus ductus, eæ quoque expugnata; tum ad caput belli Prænestæ ventum, id non vi, sed per deditiōem receptum, est. T. Quintius semel acie victor, binis castris hostiū, nouem oppidis vi captis, Prænestæ in deditiōem accepta, Romam reuertit; triumphansque signum Prænestæ deuectum Iouis Imperatoris, qui ibi colebatur, in Capitolium tulit, dedicatum est inter cellam Iouis, & Mineruæ, tabulaque sub eo fixa (monumentum rerum gestarum) his fermè incisa litteris fuit

IUVPPITER ATQVE DIVI OMNES HOC
DEDERVNT. VT. T. QVINTIVS. DI-
CTATOR. OPPIDA. IX. CAPERET.
DIE. XX. Cincinnatus verò tum Dictatura se abdicauit. Anno à Nino MCCCCLX. Prænestinos à Romanis victos ductu huiusce Quintij tradūt Eusebius, Orosius, Eutropius, Sigonius, Panuinius, Albertus Pi-

Liu.

In Chronica

Ibid.

ghius

Lib. 2. Fast.
Lib. 3. vol. 1.
Lib. 1.
Mar. Hiftor.
Co. Vat. 4993

ghius e Fefto: quidam feptem oppida numerant, alij octo, vt Ioannes Columna referens ad Artaxerxis tempora. L. Florus hæc fcribit: *Hætenus pro libertate, mox de finibus eisdem Latinis affidue, & fine intermissione pugnatum eſt. Sora, quis credat? & Algidum terrori fuere: at Satricum atque Corniculum, Prouincia. De Veijs, & Bouillis, pudet, fed triumphauimus. Tibur nunc suburbanum, & æſtiua Præneſte delicia, nuncupatis in Capitolio votis petebantur.*

*De rebus geſtis ab anno V. C. cccclxxxv.
ad annum dxl,*

CAPVT XXIV.

VErū extremo anno CCCLXXXV. tumultuatum quod Præneſtini concitatis Latinoꝝ populis rebellarūt. Anno CCCCXLV. Gallos Boios Præneſte veniſſe, atque inde cōfediſſe circa Pedum auditum eſt. Dictatorem dici C. Sulpitium placuit, qui eos fudit. Coniurant rursus Latini ad Lucum Ferentinae Coſs. L. Furio Camillo, & App. Claudio Craſſo, in eos deſciſcentes, & æquo iure cum Romanis imperare cogitantes bellum decernitur. Pugnatum hand procul radicibus Veſuij montis, qua via ad Veſerim, (ſeu Verreſtim fluuium, cuius ſuperius memini) ferebat, vincunturq; Latini Decio ſe deuouente, deditioemque faciunt. Coſs. T. Aemilio Mamerco, & Q. Publilio Philone, ſiue anno V. C. CCCCXIV. Aemilius ad Pedum exercitum duxit, Pedanos tuebatur Tiburs, Præneſtinus, Veliternusque populus. Bellum infectum omiſſum à Conſule præ cupiditate triumphī. Anno inſequenti CCCCXV. cum Senatus Pedum expugnandum, ac del-

Cap. 25.

Lib. 8. c. 3.

Reg. Antiq.
Tiburt. lib. 2.
c. 14.

Liu. c. 8.

lendum censuisset, non nisi à paucis populis Pedani adiuti sunt. Tiburtes, Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum peruenere. L. tamen Furius Camillus vi cœpit. tū Latium omne subegit: multi traducti in Urbem, Tiburtes, Prænestinique agro multati, ut superius obseruauit. Anno V.C.CCCCLXXIII. Pyrrhus Rex Epiri τὴν Καμπανίαν ἔξεπολιόρκησεν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν Πραινεσον τῆς πόλεως ὀκτοκἀδεκάτῳ σιμείῳ ἀφειδῶσαν. uti Prænius, qui æuo Theodosij vixisse videtur, vertit Eutropium, quæ refert Paulus Diaconus hisce verbis. *P. Valerio Lauino, & T. Coruncano Coss. post nobilem Lauini Consulis cum Pyrrho Rege ad Heracleam fluium (non Vrim, ut legitur in Paulo Diacono) pugna, qua prima Romanorum cū transmari- no hoste fuit. Post id Pyrrhus coniunctis sibi Samniti- bus, Lucanis, Brutijsq; Romani perrexit: omnia ferro, ignique vastauit. Campaniam depopulatus est, at- que Præneste venit milliario ab Urbe XVIII. mox terrore exercitus, qui cum Coss. sequebatur, in Cam- paniam se recepit. Victor (scribit Florus) primo pra- lio Pyrrhus totam trementem Campaniam, Lirim, Fre- gellasque populatus: prope captam Urbem à Prænestina arce prospexit, & à vicefimo lapide, (seu CCC. stadijs) oculos trepida Ciuitatis fumo, ac puluere impleuit.* Epitomastes Liuij, ut Pyrrhus ad Urbem processerit populabundus refert, ut per agrum Fregellanū vsq; Penestrum veniens ipsam Romanam Urbem cōtem- platus fuerit Ioannes Columna prodit. Videri possūt Plutarchus in Parallelis, Orosius, Pausanias in At- ticis, Zonaras, & ipse Cicero in Offic. Flaminio, & Seruilio Coss. Q. Fabius Maximus Dictator ac- cepto à Fulvio Flacco Legato exercitu, per agrum Sabinum, Tibur, quo diem ad conueniendum edixerat nouis militibus, venit, seu seruili agmine adiun-

Reg. c. vit. 2.

Lib. 3.
In Hist. Mi-
scell.

Lib. 13.

Cod. Vatic.
4963.

Liuij. 1. 22.

Forstian.
Aberrant.

Liu. l. 22.
c. 14.

Cap. 15.

Liu. l. 23.
c. 14.
Cap. 17.

adiuncto, inde Præneste transfuersis tramitibus in
viam Latinam est regressus, breuiquè propè Arpos
peruenit oppidum Apuliæ, & ad Hannibalis castra
contendit. Hannibal anno V. C. DXXXIII. seu
DXXXIV. post victoriam ad Thrasymenum mo-
nitus vt in agrum Casinatem duceret; Punicum* ab-
horrès ab Latino nomen, Casilinū pro Casino accipe-
re ducem fecit, tum cognito errore, virgisque cesso duce
ad reliquorum terrorem in crucem illum sustulit. Fa-
bius Casilinum occupat modicis præsijs, quæ Vrbs
Vulturno flumine dirempta Falernū à Cāpano agro
diuidit. Coss. M. Attilio Regulo, Cn. Seruilio Gemi-
no, seu anno V. C. DXXXIV. postea L. Aemilius
Paullus, & M. Terentius Varro cum suffecti essent,
cladem ad Cannas ab Hannibale acceperunt. Mar-
cellus Claudius Casilini cum exercitu consistens
Nolæ opem fert. *Hinc Annibal Acceris direptis, at-
que incensis, cum à Casilino dictatorem Romanum,
Legionesque nuntij accipi nuntiaissent, ne quis tam
propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat,
exercitum Casilinum ducit. Casilinum eo tempore
quingenti Prænestini habebant cum paucis Romanis,
Latiniquè nominis, quos eodem audita Cannensis clades
contulerat. Hi non confecto Præneste ad diem dele-
ctu seriùs profecti domo, cum Casilinum antè aduer-
sæ pugnae famam venissent; & alijs aggregarent sese
Romanis, sociisque profecti à Casilino cum satis ma-
gno agmine irent, auertit eos retrò Casilinum nuntius
Cannensis pugnae. Ibi cum dies aliquot suspecti Cam-
panis, timentesquè cauendis, ac struendis inuicem
insidijs traduxissent, iamque de Capuæ defectione agi,
accipiquè Hannibalem satis pro certo habuere, interse-
ctis nocte oppidanis parem Vrbs, quæ citra Vulturnum
est (eo enim diuiditur amni) occupauere, idque præ-
sidium*

fidium Castilino habebant Romani . Vnde Silius arguitur mendacij à Regio, cum Prænestinos in Cannensi prælio pro Romanis pugnantes inducit tam fusè . Pempr. Tiburt. l. 3. l. 8. de Bell. pun.
narrat quidem alibi vt Hannibal Acerris incensis, & Nuceria solo æquata ,

*Post Castilina sibi, multum oblectatus iniquis
 Defendentum armis , agrè referoauerat astu
 Limina , & obsessis vitam pensauerat auro .*

Sed Liuium audiamus . Additur & Perusina cohors , d. l. c. 18.
homines CCCCLX. eodem nuntio , quo Prænestini paucos ante dies & Castilinum compulsi, & satis fermè armatorum ad tam exigua mœnia , & flumine altera parte cincta tuenda erant. penuria frumenti nimium etiam vt videretur hominum efficiebat . Hannibal cum iam inde haud procul esset , Getulos cum Præfecto nomine Isalca præmittit : primò si fiat colloquij copia verbis benignis ad portas aperiendas , præsidiumquè accipiendum perlicere iubet . Sin in pertinacia perstent , rem gerere , ac tentare , si qua parte inuadere Urbem possit . Vbi ad mœnia accessere, quia silentium erat , solitudo , visa, metuquè concessum Barbarus oratus moliri portas, & seras , claustraquè effringere parat . cum patefactis repente portis cohortes due ad idipsum instructa intus ingenti cum tumultu erumpunt , stragemquè hostium faciunt . Ita primis repulsis Maharbal cum maiore robore virorum missus nec ipse eruptionem cohortium sustinuit . Postremò Hannibal castris ante ipsa mœnia oppositis paruam Urbem , paruumquè præsidium summa vi , atque omnibus copijs oppugnare parat . ac dum instat laceffitquè , corona vndiquè circumdatis mœnibus, aliquot milites, & promptissimum quemque è muro turribusquè ictos amisit . semel ultrò erumpentes agmine elephantorum opposito prope interclusit , trepidosque

L com-

compulit in urbem; satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. plures cecidissent, ni nox praelio interuenisset. Postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur, utique posteaquam corona aurea muralis proposita est: atque ipse dux, castelli plano loco positi segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat: Cannarum, Thrasymenique, & Trebia singulos admonens uniuersosque. Inde vinea quoque coepit agi, cuniculique; nec ad varios conatus hostium aut vis ulla, aut ars deerat; socij Romani propugnacula aduersus vineas statuere; transversis cuniculis hostium cuniculos excipere, & palam & clam coeptis obuiam ire, donec pudor etiam Hannibalem ab incepto auerit, castrisque communitis ac praesidio modico imposito ne omissa res videretur in hyberna Capuam concessit: vbi Campanæ illum fregerunt deliciae, eiusque exercitus luxu diffluens dissolutus ac eneruatus est, uti fuisse describit T. Liuius: qui rursus memorat mitescente iam hyeme ducto ex hybernis milite Hannibalem rediisse Casilinum. vbi quamquam ab oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen continuata oppidanos praesidiumque ad vltimum inopiae adduxerat. Romanis castris praerat T. Sempronius, Dictatore auspicioꝝ repetendorum causa profecto Romam. Marcellum & ipsum cupientem terre auxilium obsessis Vulturis amnis inflatus aquis, & preces Nolanorum, atque Acerranorum tenebant Campanos timentium, si praesidium Romanum abcessisset. Gracchus assidens tantum Casilino, quia edictum erat Dictatoris, ne quid absente eo rei geteret, nihil mouebat: quamquam quæ facile omnem patientiam vincerent, nuntiabantur à Casilino. Nam & praecipitate se quosdam non tolerantes famem constabat, & stare inermes in muris nuda corpora ad missilium telo-

Liui. c. 29.

telorum ictus præbentes, Ea ægrè patiens Gracchus, cum neque pugnam conferere Dictatoris iniussu auderet, pugnandum tamen esse, si palàm frumentum importare vellet, videret; neque clam importandi spes esset, farre ex agris vndique conuecto cum complura dolia compleisset, nuntium ad magistratum Casilinum misit, vt exciperent dolia, quæ amnis deferret. Insequente nocte intentis omnibus in flumen ac spem à Romano nuntio factam, dolia medio missa anni defluerunt, æqualiter inter omnes frumentum diuisum, id postera quoque die, ac tertio factum est, nocte & mittebantur, & perueniebant, & custodias hostium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior solito amnis transuerso vortice dolia impulit ad ripam, quam hostes seruabant. ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur, nuntiatumque Hannibali est, & deinde intentiore cura cautum ne quid falleret Vulturno ad urbem missum. Nuces inde fusæ ab Romanis cum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. postremò ad id ventum inopiæ est, vt lora, detractasquæ scutis pelles, vbi feruida mollissent aqua, mandere conarentur, nec muribus, aliouè animali abstinerent; & omnium herbarum, radicumquæ genus aggeribus infimi muri eruerent. & cum hostes obarassent quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt, vt Hannibal, Eonè vsque dum ea nascantur ad Casilinum sessurus sum? exclamaret. & qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redemptione liberorum capitum, septunces auri in singulos pretium conuenit. Fide accepta sese tradiderunt, donec omne aurum persolutum est in vinculis habiti. tum remissi Cumas cum fide. id verius est, quam ab equite in-

abeuntes immisso interfectos. Prænestini maxima pars fuere. ex quingentis septuaginta, qui in præsidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesquè absumpsit, cæteri incolumes cum Prætore suo Manitio (scriba is antea fuerat) redierunt. Statua eius indicio fuit Prænestæ in foro, cuius superius memini, & tituli, ac trium signorum. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis præsidio: ne ubi Pœnus inde abscessisset, Romani oppugnarent. Prænestinis militibus Senatus Romanus duplex stipendium, & quinquennis militiæ vacationem decreuit. ciuitate cum donarentur, non mutauerunt. Perusinorum casus obscurior fama est, quia nec ipsorum monumento ullo est illustratus, nec Decreto Romanorum. De obsessis in Casilino ab Hannibale Prænestinis, seu Penestriuis, Frontinus. Valerius Maximus, & CCC. eos numerat cum Verderio. ab his coactum Hannibalem ut obsidionem solueret vult Ioannes Columna. à Pœnis obsessam Prænestem Reusnerus hallucinatur, eoquè tempore fide fuisse singulari erga Romanum Populum. Vide Boccacium.

l. 2.

c. 14. & 15. &

l. 4. c. 5.

l. 7. exempli.

c. 6.

l. 5. var. Lect.

c. 12.

Cod. Vatican

4963. f. 88.

l. 2. Ital. c. 58.

de vit. Illustr.

*De Prodigijs Prænestæ visis,
dequè Magistratibus.*

CAPVT XXV.



ANNO Urbis Conditiæ DXL. Coss. Q. Fabio Verrucolo, & M. Claudio Marcello, hasta Martis Prænestæ sua sponte mota, uti refert T. Linius; & Iulius Obsequens inter prodigia recenset: subditq; anno V. C. DLXXXVIII. M. Marcello, P. Sulpitio Coss. in Prænestino cruenti exci-

l. 24. c. 10.

c. 34. de Prodig.

exciderunt imbres A. DCXVII. M. Aemilio, C. Hostilio Mancino Coss. Præneste fax ardens in caelo visa. A. DCXXXVII. L. Aurelio, L. Cæcilio Coss. lacte pluit. & anno DCLXI. C. Valerio, M. Herennio Coss. lana volitauit. Verum hæc futilis superstitionis obseruatio iurè in historijs reprehenditur. sed ne quid penitus antiquitatis omittram, casus istos inserui. Captiuos Pœnos Prænestæ collocatos ob operum indictorum labores excitasse tumultū Regius asserit. L. Postumio Albino, & M. Popilio Lænatæ Coss. Senatui placuit Postumium Consulem ad agrum publicum e priuato terminandum in Campaniam ire, & alia. Hic iratus Prænestinis, quod cum eò priuatus sacrificij in templo Fortunæ faciendi causa profectus esset, nihil in se honorificè neque publicè, neque priuatim factum à Prænestinis esset, priusquam ab Roma proficisceretur, Litteras Præneste misit, vt sibi magistratus obuiâ exiret, locum publicè pararet vbi diuerteretur, iumenta que, cum exiret inde, præsto essent. Antè hunc Consulem nemo vnquam socijs vlla in re oneri, aut sumptui fuit. Ideò magistratus mulis, tabernaculisquè, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent socijs: priuata hospitia habebant, ea benignè, comiterquè colebant: domusquè eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset. Legati, qui repente aliquà mitterentur, singula iumenta per oppida, iter quâ faciendum erat, imperabant. aliam impensam focij in magistratus Romanos non faciebant. Iniuria Consulis etiam si iusta, non tamen in Magistratu exercenda & silentium nimis aut modestum aut timidum Prænestinatorum ius velut probato exemplo magistratibus fecit grauiorum in dies talis generis imperiorum. Hæc Liuius. Magistratus autem Prænestinus; Prætor

c. 71. 85. & 96

Pemptad. Ti-
burtin. p. 29.
Anno V. C.
D L X X X.
c. 1. 1. 1.

L. 42. c. 1.

erat,

erat, vti Manilius de quo superius. De alio narrat
 Lib. 9. c. 16. idem Liuius haud iniucundum acroama. *Prænesti-*
nus Prætor per timorem segnius ex subsidijs suos duxe-
rat in primam aciem; quem cum inambulans antè ta-
bernaculum L. Papirius Cursor comis idem, & iocorum
studiosus Dictator vocari iussisset, Licetorem expedire
securim iussit, ad quam vocem exanimi stante Præne-
stino, Agedum Licetor, excide radicem hanc, inquit, in-
commodam ambulatibus, perfusumquè ultimi suppli-
 c. 3. l. de Vir. *cij metu multa dicta dimisit.* Referunt illud Sextus
 Ille vbi Sch. *Aurelius Victor, & Valerius, atque Ammianus.*
 Exempl. l. 30. *Erant & Decutiones Prænestini, vti probant Inscrip-*
 tiones allatæ, & quæ exstant in margine marmoreæ
 mensæ Episcopij à Grutero prolatae litteræ, DECURIONES POPVLVSQ. Ordo Decurionum passim,
 Quæstores, Aediles, II. VIRI, FLAMINES,
 VI VIRI Augustales, Curatores annonæ, & Viæ
 Prænestinæ, Luperci, Archieres, Curatores muneris
 publici. vnde Decuriones, populusquè coloniæ
 Prænestinæ statuas decorabant, seu Respublica Præ-
 nestinorum postulatu populi. In columna propè Pa-
 latium Principis legitur.
 Q. EX S.C. POPVL..... VI..... RESTITVIT
 ERAT.....

De Moribus, & Idiomate.

CAPVT XXVI.



O V O A D Populi mores, Nonius in voce
 Opino pro Opinor adducit hunc versum
 e Bacchidibus Plauti: *Prænestinum opino*
esse, ita erat gloriosus. Verum nullibi Plau-
 tinarum comoediarum comparet hic versus Hora-
 tius

tius agens de lite Rupilij & Persij coram Bruto :

*Tum Prænестinus falso , multumquè fluenti
Expres̄sa arbus̄to reperit conuitia .*

Satyr. 7.
l. 1. Serm.

Plautus certè in Captiueis inducit Ergastulum para-
fitum iurantem vñ τὰν Ἰταλικὴν Barbaricam urbem, Act 4. Scen. 2

id est, Italicam Taubmanno: vti Soram, Signium,
Frusinonem, Alatrium, &c. nam Hegio senex re-
spondet: *Quid tu Barbaricas urbes iuras?* ille inquit;
quia enim item aspera sunt, ut tuum victum autumas

esse. Idem in Truculento hæc affingit Stratilaci ser-
uo: *Vt Prænестinis Coniã est Ciconia.* irridet Præne-

Act. 3. Scen. 2

stinos vt parum Latinos, qui Latina vocabula de-
curtabant per apocopen, sic Spania pro Hispania,
Syria pro Assyria, vti discimus ex Capella, & Glos-

Cosmograph.

fario; Striculus Histriculus Tertulliano. Attius apud
Festum: *Tammodò inquit Prænестinus pro tantum-*

modò. At nunc Roma passim. Quintiliano Verba
aut Latina, aut peregrina sunt. peregrina porrò ex

l. 1. c. 5. Inst.

omnibus propè dixerim gentibus, ut homines, ut insti-
tuta etiam multa venerunt. taceo de Thuscis, & Sabi-

nis, & Prænестinis quoque. Nam ita eorum ser-

mone utentem Vectium Lucillus insectatur,

quemadmodum Pollio deprehendit in

Liuiio Patavinitatem: licet omnia

Italica pro Romanis

habeam.



De Collegijs & Epitaphijs.

CAPVT XXVII.



RANT & Collegia Fabrum, aliaque corpora, vt inscriptionibus claret. hanc intexit Gruterus, pag. 410.

DIS. MANIBVS

L. FLAVI

APOLLINARIS

PRAEF. FABR

T. FLAVIVS

PRISCVS

PATER: FILIO

PIISSIMO

FECIT

Ista in S. Petri Praenestæ visitur.

VENANDI. STUDIOSO

TI. CLAVDIO. NICOSTRATO

IIIIII VIR. AVG. QVINQ. PERPETVO

COLLEG. FABR. PRAENESTINOR

ANNIA. PROCILLA. CONIVX. ET

CLAVDII. NICEPHORIANVS

PROCVLVS, ET. ANNEIANVS

FIL

Ad alia corpora aut familias pertinere arbitror istas, in quibus nuda tantum exstant nomina: vt hæc in Ecclesia cathedrali.

C. MESSIENVS. TROPHIMVS.

C. MESSIENVS. ROMANVS

C..... S. EM. FILIVS.

C. MESSIENVS. C. L. LICINVS.

MESSIENA. ROMANA.

Item

Item. L. SALVIVS. ANTIGONVS
 CORNIFICIA. L. L. SELENIVM
 L. CORNIFICIVS. APTVS
 OPPIA. C. L. VRBANA
 BILLIENA. C. L. TERTIA
 COSENTANVS. HILARVS
 CORNIFICIA. DAPHNE
 V. S. A. HILARVS

Item. PLOTINA. L. L. COMPSE
 PLOTINVS. L. L. IACCVS
 PLOTINA. L. L. RVFA
 PLOTINVS. V. LALAVGV

Epitaphia hæc Præneste leguntur .

I. C. TERENCE. ANENCLETI
 TERENCE. GENESIS
 TATA. FECIT

II. Item. CAESARII.

III. In Palatio Principis.

D. AVRELIVS VITTALIO. HANC
 MEMORIAM. CVM. SOLARIO
 ET. CVVICVLO. A. SOLO. FECIT
 SIBI. ET. AELIAE. SOFIADI. CONIVGI
 SVAE. ET. FILIIS. SVIS. ET. AVRELIO
 MERCVRIO. FRATRI. SVO. CVM
 FILIIS. SVIS. ET. AVRELIO. BERNE
 CVM. SVIS. FILIIS. VLPIO. SECVNDINO
 COGNATO. MEO. CVM
 FILIIS. SVIS. MEIS. FRATRI
 BV. ET. LIBERTIS. PATER
 NIS. ET. LIBERTABVSQVE

M

S E T.

SET. ET. MEIS. POSTERISQVE
 OMNIVM. Aeorvm. ET. QVI
 BVV. ME. VIVO. LOCA. DONA
 VI. IVRE. ITVM. AMVITVM
 VNIVERSOS. ABERE..... ET
 HOG. PETO. AECAS. SYNCRA
 TIVS. A. BOBIS. VNIBERSIS
 SODALIBVS. VT. SENE. BILE
 REFRIGERETIS. SYNCRATIO
 RVM -

In tabula marmorea summi templi à Grutero re-
 fertur ista, quæ nunc quoque in pavimento Cathe-
 dralis legitur.

IV.

* Alij BAK-
 LATVS Alij
 BANATVS.

D. M
 T. POPILIO MI. LIB
 EPITYNCHA
 IIIII. VIR. AVG
 BANAVSVS. LIB. ET. HER.
 SIBI. LIB. LIBERTABVS. POST
 EOR. OSSA. HIC. BENE. QUIESC

seu TIBI. V.

forte E.

C. SEPTIMIO
 C. F. PVBTIV
 SEVERO
 PATRONO. MVN
 T. SENTIDIVS. T. F.
 PAL. IVLIANVS
 AMICO. OPTIMO
 VI. extra Præneste via publica Sublaci Grut, p. 549.
 DIIS. MANIBVS
 L. IVNIVS. L. F. PALA
 TINA. OGVNIVS
 MIL. LEG. II. PARTH

S E T

M

MIL.

LIBER PRIMVS. 91

MIL. ANN. XIIIX
VIX. ANN. XXXXVI
H. F. C

VII. Ex eodem pag. 735. in agro Prænestino.

P. PEDANIVS. S. P. F.
SATVRNINVS
PATRI

VIII. Subtus Prænestæ in facello, quod est in via,
qua Albam itur.

CAIO. VALERIO. L. F.
QVIR. FLORINO
PRAEF. COH. II. THRAC
SYRIACAE
TRIB. MIL. LEG. VII
CLAVD. PIAE. FID
PATRI. OPT
B. M
PROCVLVS

IX. Inter Prænestæ & Zagarolum e Grutero pag. 912.

DIS. MANIBVS. S
T. FLAVIVS. T. F. PONT
SABINVS

X. In vinea Ioan. Baptistæ Colorsi.

M. ABENNA. M. L. PRINCEPS
TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT. SIBI. ET
M. ABENNAE. SABINAE. PATRI
ABENNIAE. M. L. FLORAE. MATRI
M. ABENNAE. M. L. FAVSTO. LIBER
L. ABENNAE. M. L. HEIMO. LIBER.

M 2

In

XI. In alia vinea .

L. POPILLI. SEX. MEI .

XII. In agro Prænestino sub ipsa vrbe via publica
in cippo , e Grutero pag. 986.

SEX. NAEVIVS

SEX. L. PHILEMO

NAEVLA. SEX. L

TVSCVLA

IN. F. P. X V

IN. AG. P. XIX

XIII. Corocollo translatum in Carpenfes hortos,
refert Gruterus. nunc est in Palatio Principis.

MANILIAE. LVCILLAE. C. F

MATRI. PISSIMAE. ET. INCOMPARABILI

CAESONIVS. LVCILLVS

V. O. C

FILIVS

VIX. ANN. LXVI. M

VII. D. VIII. HOR

VIII

H. S. E

XIV. In stylobate sub altare S. Petri legitur, & istud.

P. AEL. P. F. PAL

TIRONI

SALIO. ARCIS

ALBANAЕ. QVEM. IMP. CAES

ANTONINVS

AVG. PIVS

GERM. SARM. BRIT

AGENTEM. AETATIS

ANNVM. XIII

MILI-

MILITIA. PRIMA
 PRAEFECTVRAE
 EQVIT. BRAVCO
 NVM. EXORNARI
 DIGNATVS. EST
 DEC. DEC
 BLANDVS. PATER
 PRO. AMORE. CIVI
 TATIS. SVMMAM. ET
 SVMPTVM. OMNEM

Inscriptiones Prænestinas passim laudat Manu-
 tius: sed post hanc messem Inscriptionum, quam col-
 legi Prænestę iterum allegatus Eminentissimi Me-
 cenatis Francisci Barberini Cardinalis mandato cū
 Angelo Paracciano, qui & amicitię nexu, & libera-
 lium artium coniunctione mihi deuinctissimus, de
 omnibus bene merendo sibi omnium amorem con-
 ciliat, stipulas illectas à me relictas sublegi posse non
 dubito: imò eruenda Epitaphia plurima Eminentif-
 simi Cardinalis superscripti auspicijs auguror. Ut
 enim illi cura maxima est ne quid lateat profuturum
 sic ipsi tellus ipsa effuso sinu, quascunque occulue-
 rat opes expandit vltro.

In Orthogr.

De Viris Illustribus Prænestinis.

CAPVT XXVIII.




IC vides Tribunos, Aediles, & alios Ma-
 gistratus, Sacerdotes, atque milites egre-
 gios Prænestę ortos. In vetusto Codice
 Vaticano Terentij e membrana, Phormio-
 nis

Cod. 3868.

Religio mihi
est mutare
quamvis er-
ronea, adeo
veneror an-
tiquitatem.

nis calci adscripta hæc sunt: *Acta Ludis Romanis*
L. POSTVMIO. ALBINO. L. CORNELIO ME-
RVLA. *Aedilibus Curulibus, egere L. Ambibius Tur-*
pio, L. Attilius Prænestinus, modos fecit Flaccus Claudij
Tibijs imparibus, tota Græca Apollodori Epidicazome-
nos. facta 1111. G. Fannio. M. Valerio Coss. Initio Adel-
phorum: egere L. Atilius Prænestinus. Initio Heauton-
timorumeni. L. Attilius Prænestinus modos fecit acta
111. M. Iunio. T. Sempronio Coss. Initio Eunuchi
L. Attilius Prænestinus egere. M. Valerio. C. Fannio
Coss. Terentius etiam agit de Lucio Statio Præne-
stino actore, quem eximium, atque præstantem fuisse
suspicio. Ludos primum Romæ anno V.C. CCCCLX.
editos M. Atilio Regulo Prætoris T. Liuius obseruat.
superius ludos Prænestæ celebratos adnotauimus.
At Theatrum Prænestæ fuisse, in quo exhiberentur,
conijcio, & infra patebit. Sed in ludis Agilium
Pantomimum sui temporis primum iam commemo-
rauimus, & Trophimum Euaristum, & Voesium Cura-
tores; in sortibus Numerium, & illi adiungimus Ano-
nimum, cuius vrna marmorea in Recolletorū Præ-
nestæ visitur, cui Tripus insculpta cum Delphi-
no. in Serapio ædificando C. Valerium; in
bellis Cæculum, & Herilum; Casilini
præfidiarios, & Manitium Præ-
torem; in litteris Aelianum
quo ciues habuit, qui-
busq; meritò glo-
riatur.



De

De C. Mario C. F., obsidione,
& excidio à Sylla.

CAPVT XXIX.

FORTVNAE quidem templo clara fuit Præneſte, ſed infortunio, atque clade Mariana nobiliſſima. Sanctus Auguſtinus illius meminit hiſce verbis, quæ ſupra inuimus. *In cæde, atq; proſcriptione Syllana ſubbaſtate ſunt etiam tamquam villa quædam nobiles Ciuitates, una verò, velut vnus reus duci iuberetur. ſic tota iuſſa eſt trucidari.* Florus exprimit contrahens more ſuo. *Sylla iuſſu municipia Italiæ ſplendidiffima ſubbaſta uenerunt Spoletum, Præneſte.* tum ſubiungit quatuor mille ciues Præneſtinos in via publica cæſos. Seneca exclamat. *Ingratus Sylla, qui patriam durioribus remedijs quàm pericula erant, ſanauit. qui cum à Præneſtina arce uſque ad Collinam portam per ſanguinem humanum inceſſiſſet, alia edidit in Vrbe prælia, aliàs cædes. legiones duas, quod crudele eſt, poſt victoriam in angulum congeſtas contrucidauit, & proſcriptionem commentus eſt.* Aurelius Victor ad annū V. C. DCLXI. C. Marius (inquit) filius Præneſte refugit, ubi per Lucretium Ofellam obſeſſus tentata per cuniculum fuga, cum omnia ſepta intelligeret, iugulandum ſe Pontio Teleſino præbuit. C. Mario Præneſte interfecto Cornelius Sylla ſe Felicem edicto appellauit. Sed qui attingat ad titulum Felicitatis nedum repertum eſt, & qui felix cenſeri iure debuerit. Namque Cornelius Sylla dictus potius eſt quam fuerit Felix. ſolum certè beatū Cortina Aglaum iudicauit, qui in anguſto Arcadiæ angulo

l. 2. de Ciuit.
Deic. 28.

l. 3. c. 2.

lib. 5. de Pe-
nefic. c. 16.

De Vir. Illuſt
c. 68.

c. 75.

Solin c. 7. vbi
Ioa. Cameris,

1: Bell. Ciu.

angulo pauperis foli dominus, nunquam egressus pat-
terni cespitis terminos inuenitur. Appianus, & Plu-
tarchus hæc fusè narrant. Et ille quidem de Maria-
nis agens post amissam Setiam ad Sacriportum.

Κοπή ὁμοιοὶ γὰρ εἰς Πραηνεσὸν ἔφθλον ἅπαντες ἐπορεύε τῆ
Σύλλα σὺν δρόμῳ· καὶ οἱ Πραηνέσιοι ἑστὸν μὲν πρῶτες αὐτῶν
εἰσεδέξατο, Σύλλα δ' ἔπι κρήνην τὰς πόλιν ἀπέκλεισε, καὶ
Μαρίον καλωδίῳ ἀνιήσατο, &c. utq; Marium intra
Præneste obsederit Sylla vallo, atque fossa e longin-
quo oppidum ingens, preposito huic operi Lucretio
Ofella: & ut fame laborantem Marium eximeret ob-
sidione Prænestina Carbo collega miserit Marcium,
cum octo Legionibus, deque Lamponio Telesino,
& Gutta, & Damasippo, & Prænestinorum circum
moenia latis capitibus, vnde se dediderunt. Μαρίῳ
κατὰ δούρτιον εἰς τὰ φρεσὶς ὑπονόμους, καὶ μὴ βραχὺ καὶ ἀσφόν-
τιον εἶναι, deque cede Prænestinorum: ut Sylla
κατηκόντισεν ἅπαντας, καὶ πλὴν πόλιν διέπρασε πολυχη-
μάτων ἐν τῷ μάλιστ' ἔτε ἔα. ibidem fusissimè, utque in-
dulserit aliquibus χρησίμοις, deque dicto Sylle ad ca-
put Marij ἐρέτω δὲ πρῶτα γενέσθω πρὶν πηδάλιος ὄπισθε
εἶναι quod disticho carmine ita vixi,

Ante Mari remum Romæ tractasse decebat

Quam clauum ignava vel tetigisse manu.

Plutarchus de Marij filio, qui primum Martis, tum
Veneris filii appellatus est: utque εἰς Πραηνεσὸν κατὰ
κλειθεῖς τὸν Σύλλα, καὶ πολλὰ φιλοψυχίας μάτρω ὡς ἑὶ
ἀφικτα πῆς πόλεως ἀλισιομένης αὐτὸς αὐτὸν ἀπέκλεισεν.
rursus ut Marius iste victus Præneste fuga delatus,
cum portas iam clausas offendisset, demisso è muro
funiculo alligarit se, atque ita eo receptus sit, utque
Samnis Telesinus properarit cū Lamponio Lucano
ad eripiendum obsidione Marium. Σύλλας δὲ εἰς Πραί-
νεσὸν ἐλθὼν animaduertit primum cognita causa in
fingu-

singulos. deinde quasi non vacaret, cunctos vnum in locum contractos confici iussit, ad xii. millium numerum: vni hospiti concessit incolumitatem, qui sane quam generose Syllæ dixit, nunquam se patriæ suæ homicidæ gratias acturum, vnâque cum illis trucidatus fuit. Hoc facinus idē Plutarchus alibi reponit.

1. de Rep.

Ο δὲ Σύλλας, *in*quies, *ἔνθα* ὁμοίᾳ μὲν ἀρετῇ ὡς ἔχ' ὁμοίῳ δὲ καὶ μὲν ὄντι, ἀγαθῶς ἐτιμώθη. Ἐπεὶ γὰρ ἐλθὼν Πρανεστῶν, ὁ Σύλλας ἐμύλησεν ὅσον ἄλλως ἀπαντὰς ἀποσφάττειν, ἕνα δὲ ἐκείνων ἠφίε δὲ τὴν ξενίαν, εἰπὼν, ὡς ἔβέλει σωτηρίαν χάριν εἰδέναι τῶν φονεῶν τὴν πατρίδα, αἰεμίξεν ἑαυτὸν, καὶ συγκατέκοπη τοῖς πολίταις. *At Sylla hospes simili virtute apud dissimilem usus virum, nobili letbo extremum visa diem confecit. Cum enim Præneste capta statuisset oppidanos omnes Sylla interficere; at soli isti ob hospitij usum parcere, tantum fatus, nolle se patriæ suæ interfectori salutis suæ gratiam agere, permiscuit se popularibus, atque vna cum illis peremptus est. Serui quoque fides emicuit. Consulem enim C. Marium, Prænestinæ obsidionis mirabilem exitum sortitum, cuniculi latebra frustrâ euadere conatum, leuique vulnere à Thelesino, cum quo commori destinauerāt, perstrictum seruis suis, vt Syllanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectum interemit; cum magna præmia proposita videret, si eum victoribus tradidisset. cuius dexteræ tam opportunum ministerium nihil eorum pietati cedit, à quibus salus dominorum protecta est: quia eo tempore Mario non vita, sed mors in beneficio reposita erat, vt Valerius Maximus auctor est: cui consentit Epitomastes T. Liuij: Sylla C. Marium exercitu eius fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneste obsedit, tum erumpere tentantem repulit, omnesque Prænestinos inermes concidi iussit. C. autem Marius*

1. de Rep.

1. de Rep.

1. de Rep.

1. de Rep.

N Pra-

In Helog.
L. 17.

Mar. Histor.
Cod. Vat.
4963. p. 157.

L. 5. c. 22.
Chr.

L. 2.
L. 6.
L. 6. de Caff.
Vir. Illustr.
In Festa.
2.

Præneste obsessus à Lucretio Ofella Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret euadere, septus ab exercitu mortem sibi consciuit in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere minimè posse, cum Pontio Thelesino fuga comite stricto utrinque gladio concurrir, quem cum occidisset saucius impetrauit à seruo, ut se occideret. Succinit & Diod. Siculus: Ο δὲ Μάριος μάχη τῆ μετὰ Σύλλαν γενεῆς ἀγωνισάμενος νόμως ἠττηθεὶς κατέφυγεν εἰς Πραίνες ὅν ἀμαμυρείοις πινθακισχιλίοις. συλληθεὶς δ' εὐαυτῆ, καὶ χρόνον ἄκ ὀλίγον πολιορκηθεὶς ἑώρακάνθη, παύτων αὐτὸν εἰς ἀλιπόντων, καὶ μηδ' ἐμίας σωτηρίας ὁδὸν καθορῶν τὴν ἐνὸς οἰκίτης τῆ πρὸς αὐτὸν χεῖρα εἰς λύσιν τῆ δεινῶν ἑώρακάνθη. καὶ ὁ γε παύσει, ἢ μία πληγὴ τῆ βίβ. τὸν δεσποτὸν ἀπαλλάξας εἰ αὐτὸν ὅπκα τὸ φαξε. Ioannes Columna ita profequitur: Sylla Marium alterum (scilicet Marii filium) Præneste persequutus obsedit: qui longa obsidione maceratus desperans ne in Sylla potestatem veniret, cum Thelesino Duce Samnitū mutua morte concurrir. dumq; violēter ipse in currentem currens manus attingeret, circa vulnus suum manum percutientis hebetavit. Itaque cadente Thelesino & ipse leuiter vulneratus ceruicem seruo præbuit. Sylla autem post Marii necem ciuitate capta omnes Marianæ partis principes, qui ad ipsam confugerant, hoc est, Legatos, Quæstores, Præfectos, Tribunosque iussit occidi. Eadem ferè prodit Orosius: quamuis ipsum Marium sibi manus intulisse violentas Plutarchus, & Appianus superscripti vellent. Adde his Velleium, Eutropium, Boccarium, licet filium cum patre confundat, Panuinium, Sigonium ad annum V.C. DCLXXI. Strabo Marium iuniorem perijsse in vno è cuniculis Prænestes memorat. Præneste oppidum opibus affluens maximis hostiliter direptum à Sulla: cuius ciues, quod Marii filium obnixè tutati essent, quodque aduersus Sul-

lanos

lanos fortiter pugnassent, fuere crudeliter, etiam si
Vrbem suam, arma, & seipfos dediderint, enecati;
mulieribus tantum liberè, quo vellent abire, permis-
sum. earum plurimæ Tibur, quod calamitarum mi-
nus acceperat, vt ad sacram arcem, cum filijs confu-
gerunt, teste Regio. Vide Paræum, & Clauellam.
Lucanus cladem istam deplorat & versu:

1.3. Pempt. v.
Medull. Hist.
1. 2. Arpin.
Ant.

*Vidit Fortuna colonos
Prænestina suos vno simul ense recisos.*

Vt superius Plinius narrat Romæ quidem non fuisse
aurum, nisi exiguum longo tempore. certè cum à
Gallis capta Vrbe pax emeretur, non plus quam mil-
le pondo effici potuere. Ergo vt maximè duo tan-
tùm millia pōdo cū capta est Roma, anno CCCLXIV.
fuere: cum iam capitum liberorum CLV. millia, quin-
genti LXXX. In eadem post annos CCCVII. quod ex
Capitolinæ ædis incendio, cæterisq; delubris omni-
bus Marius filius Præneste detulit tredecim millia
pondo, quæ sub eo titulo in triumpho transtulit Syl-
la, & argenti VII. millia. Idem ex reliqua omni vi-
ctoria pridie transtulerat auri pondo XV. millia, ar-
genti pondo cētum & XV. millia. Frequentior autem
vſus, non antè Cn. Flauium Annij filium deprehendi-
tur. Hic namque publicatis diebus Fastis, quos po-
pulus à paucis Principum quotidie petebat, tantam
gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre
genitus, & ipse Appij cæci scriba, cuius hortatu ex-
ceperat eosdem consultando assidue sagaci ingenio,
promulgaueratquè, vt Aedilis Annalis crearetur
cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis antè annis ho-
stis fuisset, præteritis C. Petilio, & Domitio, quorum
patres Consules fuerant.

1.3. C. r.
natur. Hist.

De Catilina & Fulvia, cum
Anacephalaeosis.

CAPVT XXX.



DOSTEA coniurans in patriam Catilina oppidū Præneste, ab Vrbe non multum distans, ipsa natura, ac loco satis munitū constituit propter plurimas belli opportunitates Kal. Nouemb. vno impetu inuadere. sed M. T. Cicero Cons. hoc animo prospiciens, illam Coloniam armatis hominibus compleuerat. Quamobrem Catilina id facinus frustra suscepit, vt Constantius Felicius Durantinus refert. Sed praestat ipsum Consulem Ciceronem audire. *Quid cum te Præneste Kalendis ipsis Nouembribus occupaturum nocturno impetu esse consideres; sensistine illam Coloniam meo iussu, meis praesidijs, custodijs, vigilijsque esse munitam?* Silet quidem hanc rem Sallustius iniquior Ciceroni, gloriosum eius facinus suppressendo. Cum verò Florus municipium vocet, quo tempore sub hoste periit à Sylla capta Præneste, Cicero Catilinae conspirantis aëro Coloniam, pedibus eo in sententiam Manutij, & à Sylla Coloniam deductam arbitror; cum praesertim ciues omnes confici mandasset, æquum erat, vt ciues illi novos assignaret. illex seditionum, atq, bellorū fuisse tunc videtur Præneste; nam rursus bello ciuili conualescente vxor Antonij Fulvia belli sedē Præneste cepit.

In Coniurat.
Catil. Cod.
Vatic. m. 50.

perat, auctore Velleio. Fulvia (inquit) uxor M. Antonij, & socrus Octauij Cæsaris, qui tamen eius cū filia diuortium fecit, Præneste occupata, & ad suam societatem pertracta, Senatores & Equites à se stantes habebat, cum illis inibat consilia, & edicta proponebat identidem contra Octauium cum Lucio Antonio coniurans. quod mirandum non est, cum & gladio se accinxerit, & tesseram militibus dederit, uti legitur apud Dionem. tandem aufugit ad virum. L. Antonius Consul M. Antonij frater vxore Marci Fulvia consulente, bellum intulit Cæsari receptis in suas partes populis, quorum agri veteranis assignati erant. sed dimisit eam M. Antonius, ut in Epitome T. Liuij comperio. Lucius Antonius secessit Præneste, dicens se timere Cæsarem pro magistratu munitum satellitibus, ut prodit Appianus. Locus iudicio definitus est Gabij (Vrbs Romam inter & Præneste media) illi rursus Præneste aduolant, Lucius tantum Cæsari respondit. Fulvia demum fugit cum suis liberis Puteolos post incensam Perusiam. Erat illi bucca altera inflatior Plinio memorante. Plura superius ubi de agro, & Nuculis.

1. 48.

1. 115. & 127

1. 5. Bel. Ciu

Neque verò repetam quæ sub Augusto, Nerone, Domitiano, Hadriano, Aurelio, imò & Valentiniano iam recensui ad historiam profanam spectantia. Regionem indicaui, conditorem, nomen, etymon protuli: situm, agrum, Asylum descripsi: arbores, aquas, fluuium, vina, latifundia, flores, rosas, fructus, nuces demonstraui. secessum, ludos, Fortunæ sortes exhibui: Fortunæ templum, Serapidis, Basilicas, Solarium, Forum, Statuas, viam, portam Urbis, signa & sacraia instaurauit. Colonia, municipij iura restitui: magistratus mores, idioma, collegia, res

res gestas, viros illustres enarraui. ex omnigenis
 scriptoribus quidquid pertinere visum est, concin-
 nans, & consuens. Ad sacra lubet animum, sti-
 lumque conuertere, utque verae fidei sy-
 dera in istius Urbis horizonte reful-
 serint & coruscauerint, inue-
 stigare & litterarum, mo-
 numentis confi-
 gnare.

FINIS LIBRI PRIMI.